(Douai)

PHARMACOPOEIA DUACENA GALENO-CHYMICA


NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI

SENATUS

AUTHORITATE ET JUSSU

Munita & Edita.

S: D:



DUACI,
Typis JACOBI FR. WILLERVAL Typographi Regii,
sub signo S. Spiritûs 1732.

Cum Approbatione & Permissu.



LECTORI SALUT.

OPERIS SCOPUS ET INTENTIO


HÆc eſt tandem Pharmacopœiæ Duacenæ facies, quam uniformitas tamdiu deſiderata & tam neceſſaria in diſpenſandis remediis compellit nos publici juris facere : Opus equidem, quia non novum & quaſi à plurimis ad nauſeam tractatum, velut minimè neceſſarium, aut fortè ſuperfluum, multi judicaturi ſunt, verum tamen nunquam ſatis dicitur quod nunquam ſatis diſcitur, eam ob rem Ampliſſimi & Nobiliſſimi Senatus Mandatum, qui civium ſuorum ſaluti continuo invigilans & incolumitati, hanc Pharmaceuticæ normam & concinnari & evulgari voluit, ut hinc diſformitas & diverſitas in compoſitionibus & operationibus (dum ſcilicet Pharmacopæus pro libitu ſuo talem, alter vero alium authorem ſibi imitandum proponit) precaveretur, illinc vero inducta conformitate ſicut idem Medicis ac Pharmacopeis ſcopus eſſet, idemque & foret ſanitatis conſervandæ ac recuperandæ deſiderium ; porro in hoc opere ex omnium ferè antidotariorum & manuſcriptorum, tam veterum quam recentiorum monumentis & lucubrationibus concinnato, multa ſtudio omiſimus, multa tamquam perfecta collegimus, quædam correcta, quædam vero quaſi obſoleta vel raro vel nullatenus in uſu (prout ratio & exercitatio quotidiana, pro locorum temporumque diverſitate, nobis fidem fecit, & prout longa conſuetudo loci genius, & endemii morbi expoſtulaſſe comperimus) tacuimus. Cæterum hæc omnia ſaniori cenſuræ ſubmittimus multum habituri, ſi exactiora & utiliora videamus.

Tu licet & Thamyram ſuperes atque orphea cantu,
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.

MANDATUM.

SENATUS *hujus Urbis Duacenæ Civium atque Incolarum saluti & incolumitati consulens, & indefesso studio prospiciens* MANDAT *ut in posterum omnes Pharmacopœi teneantur hoc Dispensatorium serio examine & diligentiâ concinnatum, suâque authoritate & jussu evulgatum, sequi, ut errores tam sæpè in Praxi occurrentes præcaveantur, vultque ut omnes in eo contentas compositiones & præparationes sic conficiant, & in Officinis suis asservent, ut ordo generalis in remediorum dispensatione sit regula certa uniformitatis, sub mulctâ duodecim florenorum pro quâcumque compositione, quæ aliter confecta fuisse reperietur in visitatione Officinarum suo tempore faciendâ, nec poterunt Pharmacopœi aliquid in eis innovare pro arbitrio suo, sed in casu difficultatis, aut necessitatis, aut dubii tenebuntur Collegium Medicorum consulere. Datum Duaci die* 29. *Maii* 1732. PLAISANT.

PHARMA-



PHARMACOPOEIA DUACENA GALENO-CHIMICA.

CLASSIS PRIMA.

De Simplicibus Officinalibus.



HARMACOPOEIA secunda Medicinæ curatricis pars, medicamentorum, tam simplicium quàm compositorum cognitionem & notitiam complectitur; verùm quia multa sunt & plurima quæ in usum communiter non veniunt, de his tantùm quæ quotidie, vel asservantur, vel compositionibus inserviunt, succintè fiet enumeratio in præsenti & designatio.

Medicamenta quæ in officinis asservationi usûique reponuntur, sunt vel simplicia, vel composita; de compositis posteriùs agemus singulariter, jam simplicia recensebimus.

Simplicia triplicis sunt generis, sunt etenim naturæ mineralis, vel vegetabilis aut animalis.

E regno minerali numerantur terræ, aquæ, lapides, metallica, salia, sulphura.

E vegetabili familiâ, aromata, cortices, flores, folia, fructus fungi, ligna, radices, semina, succi, olea, resinæ, gummi.

Ex animalium prosapià sunt animalia integra, partes eorum; cornua, ossa, crustacea, capilli, lac, fella, medullæ, pinguedines, axungiæ, sæva, sanguis, urina, stercora, ungues, coagula.



TERRÆ.

ILlæ, quas Medicamentalibus dotibus imprægnatas docuit nos experientia, sunt

Bolus armenus seu orientalis.
- Vulgaris
- Albus

Creta
Gypsum
Ochra
Marga
Rubrica fabrilis
Terra lemnia seu sigillata
- Melitensis
- Strigensis

Tripolis
Unicornu fossile.



AQUÆ.

SUnt vel naturales, vel præparatæ aut artificiales; naturales

Fontanæ
Fluviatiles
Nivales
Pluviales
Puteales
Ros majalis
Marinæ vel salsæ
Minerales acidulæ & thermæ.



LAPIDES.

Lapides vel nativi, vel præparati in Officinis aſſervati ſunt

Alabaſtrum.
Amiantus
Armenius
Calaminaris
Calcarius
Carneolus
Cryſtallus
Ætites
Granatus
Hematites
Hyacinthus
Judaïcus
Lazuli
Lyncis
Magnes
Marmor
Nephriticus
Oſteocolla
Pumex
Rubinus
Sapphirus
Serpentinus
Silex
Spongites
Smaragdus
Talcum



METALLA.

Sunt illa corpora dura, ductilia, malleabilia & igne liquabilia, ſcilicet

Aurum
Argentum
Æs ſeu cuprum
{ Æs uſtum
{ Viride-æris.

Ferrum
- Limatura
- Batitura
- Ferrugo

Plumbum
- Ustum
- Minium
- Cerussa

Stannum

Metallis affinia, sunt

Mercurius
Antimonium
Cinnabaris nativa
Factitia
Bismuthum
Zinchum
Chalcitis

Recrementa Metallorum verò

Cadmia
Lithargyrium aureum
Argenteum
Pompholix seu Tuthia



SALIA MINERALIA.

Alumen rupeum

Plumeum

Sal commune

Ammoniacum naturale

Artificiale

Gemmeum

Nitri seu sal-petræ

Vitriolum album

{ Cyprium,
Viride.

Borax nativa

Artificialis

Anathron

Tartarum.



SULPHURA.

SUnt mineralia quævis pinguia aut inflammabilia

Arſenicum album,

{ citrinum;
rubrum.

Auripigmentum ſeu flavum

Sulphur nativum ſeu vivum,

{ citrinum,
vireſcens.

Ambra griſea,

Succinum album;

Flavum.

Gagates

Bitumen judaïcum

DE VEGETABILIBUS.

Regnum vetegabile, quod phytologiâ comprehenditur, magnam in medicamentorum præparationibus supellectilem subministrat.

CORTICES.

Usitatiores sunt tam quæ ex radice, trunco quàm fructibus colliguntur

Alni
Arantiorum
Cascarillæ
Cassiæ ligneæ
Cinnamomi
Costi indici
Citriorum
Corticis peruvianæ
Esulæ
Fraxini
Granatorum
Guaiaci
Macis
Mandragoræ
Radicum cappararum
Sambuci medianæ
Suberis
Tamarisci
Winterani

FLORES.

Anethi
Anthos
Arantiorum
Balaustiorum
Bellidis

Betonicæ
Borraginis
Buglossi
Calendulæ
Centaurii minoris summitatum
Camomillæ romanæ,
vulgaris.

Croci
Cyani
Cheyri
Fabarum
Genistæ
Hispidulæ
Hyperici
Jasmini Hispanici
Lavendulæ
Liliorum alborum,
convallium.

Lupuli
Malvæ hortensis
Meliloti
Nymphææ albæ
Pœoniæ maris
Papaveris rubri
Persicorum
Primulæ veris
Rosarum rubrarum
pallidarum,
albarum.

Salviæ

Sambuci

Schenanthos

Stæcadis arabicæ

Tiliæ

Trifolii odorati

Tunicæ seu caryophillorum

Tussilaginis

Verbasci

Violarum



FOLIA.

HErbæ seu Folia in Pharmaciâ idem sonant, designanturque à caulibus separata, & dùm sunt minutiores in extremitatibus, comæ seu summitates dicuntur.

Abrotonum mas,
fæmina.

Absynthium vulgare majus,
tenuifolium.

Acetosa
Acetosella
Adianthum album,
nigrum.

Agrimonia
Alchymilla
Althæa
Alsine
Anagallis
Apium
Argentina
Arthemisia
Asarum
Asperula odorata
Atriplex
Auricula muris
Balsamita
Becabunga
Bellis major,
minor.

Betonica
Borrago
Bonus henricus, seu tota bona
Bistorta
Branca ursina
Brassica sativa,

{ florida,
capitata alba,
rubra.

Brunella
Bugloſſum
Bugula
Bupthalmum
Burſa paſtoris
Buxus
Calamintha montana
Camomilla romana,
vulgaris.
Capillus veneris
Caprifolium
Cardiaca
Carduus benedictus,
Lacteus.
Caryophillata
Cerefolium
Chamædrys
Chamæpitys
Chelidonium majus,
minus.
Cichoreum
Cicuta
Cicutaria, ſeu myrrhis odorata
Cochlearia hortenſis
Coniza
Conſolida major,
media,
minor,
regalis.
Coſtus hortenſis
Coronopus
Cotula fœtida
Craſſula, ſeu telephium
Cruciata
Cuſcuta
Cyanus
Cynogloſſum

Dictamnus albus,
creticus.
Dracunculus hortenſis
Dulcamara
Ebulus
Endivia ſativa.
ſylveſtris.
Epithymus
Equiſetum
Eryſimum
Eupatorium cannabinum
Euphraſia
Fœniculum
Filipendula
Fragaria
Fumaria
Galega
Gallium
Geniſta
Geranium columbinum,
{ moſchatum,
{ Robertianum.
Gnaphalium montanum, ſeu pes cati
Gratiola
Glaſtum
Hedera arborea,
terreſtris.
Hepatica nobilis
Herba paris
Herniaria
Horminum, ſeu ſclarea
Hyoſcyamus
Hypericum
Hyſſopus
Jacea
Jacobea
Illecebra
Lactuca
Lavendula
Laurus

Lens paluſtris
Lepidium
Leviſticum
Liguſtrum
Linaria
Lingua ceruina
Lupulus
Lyſimachia
Majorana
Malabathrum, ſeu folium indum
Malva
Marrubium album
Marum
Matricaria
Melilotus
Meliſſa
Mentha aquatica,
romana,
rubra.

Mentaſtrum
Mercurialis
Millefolium
Morſus diaboli
Myrthus
Muſcus
Naſturtium aquaticum,
hortenſe
Nepeta
Nicotiana
Nummularia
Nymphæa
Ocymum
Origanum creticum,
vulgare.
Ononis
Oſmunda regalis
Parietaria
Paronychia
Papaver rheas
Pentaphyllum, ſeu quinquefolium

Persicaria
Persicorum folia, seu cacumina
Petroselinum
Pimpinella
Plantago major,
minor.
Polygonum
Polium montanum,
creticum.
Polytrichum
Populorum oculi.
Portulaca
Primula veris
Pulegium
Pulmonaria

Querci folia

Rosmarinus

Ros solis

Rubus vulgaris

Ruta hortensis

Sabina

Salicis folia

Salvia major,
minor,
bosci.

Sambucus

Sanicula

Satureia

Scabiosa

Saxifragia

Scordium

Scorsonera

Scrophularia major,
minor,
aquatica.

Sennæ folia & folliculi

Secale.

Senecio
Serpillum
Sedum majus,
minus,
minimum.
Solanum
Soldanella
Sonchus levis,
asper.
Spinachia
Sumach
Tamariscus
Tanacetum
Taraxacum
Teucrium pratense
Thè chinense
Thymus
Tormentilla
Tithymalus
Trifolium aquaticum,
odoratum.
Tussilago
Valeriana major,
minor.
Verbascum
Veronica mas,
fæmina.
Verbena
Vinca pervinca
Vincetoxicum
Violaria
Virga aurea
Vitis folia
Ulmaria
Ulmus
Urtica urens,
mortua.

Vinea.

His addi possunt.

Corallium album,
nigrum,
rubrum.

Corallina
Spongia.



FRUCTUS ET FUNGI.

COmmuni in usu sunt

Alkekengi
Amygdalæ amaræ,
dulces.

Anacardus
Armeniaca mala
Aurantia mala dulcia,
acida.

Baccæ ebuli,
hederæ,
juniperi,
lauri,
myrthi,
rhamni cathartici,
sambuci,
senellæ.

Berberis

Cacao
Caffé
Capparis
Capita papaveris albi
Carpobalsamum
Caryophilli aromatici
Cassia fistularis
Cerasa nigra,
rubra.

Citria mala
Cocci orientales
Colocynthis
Corna
Cubebè
Cucumer esculentus,
sylvestris.
Cupulæ Glandium
Cydonia mala
Cynorrhodon
Dactyli
Ficus siccæ
Fraga
Gallæ
Glandes quercinæ
Gossipium
Granata mala
Kermes
Jujubæ
Limonia mala
Mespila
Myrobalani bellirici,
citrini
chebuli
emblici,
indi.
Mora
Nux avellana,
cupressi,
indica,
juglans,
moschata,
vomica.
Olivæ
Passulæ majores,
minores.
Persica mala
Pinei nuclei

Piper album,
longum,
indicum,
nigrum.

Pistachiæ
Pruna damascena,
brignolensia,
sylvestria.

Poma camusia,
curtipendula,
renetia.

Ribes alba,
nigra,
rubra,
spinosa.

Ricinus
Rubus idæus,
agrestis.

Sebesten
Sorba
Tamarindi
Vanilla
Uvæ.



FUNGI.

Agaricus

Cynosbati spongia

Salicis fungus

Sambuci fungus.

Fungus orbicularis,
vernus,
Rugosus.


Galliæ cardirorum



LIGNA.

Quæ in uſu ſunt,

Aloes, ſeu agallochum
Braſilium
Buxus
Colubrinum
Corilinum
Ebenum
Ferri
Guaiacum
Juniperinum
Lentiſcinum
Nephriticum
Rhodium
Santalum album
{ citrinum,
{ rubrum.
Saſſafras
Viſcus quercinus
Xylobalſamum.



RADICES.

Radix eſt pars ima vegetabilium; uſuales ſunt,

Acetoſæ
Acori
Allii
Altheæ
Anchuſæ
Angelicæ
Apii
Ari
Ariſtolochiæ longæ,
{ rotundæ,
{ tenuis.
Armoraciæ
Aſparagi
Azari
Bardanæ

Been albi,
nibri.

Betæ albæ,
rubræ.

Bistortæ
Borraginis
Bryoniæ
Buglossi
Calami aromatici
Cardui stellati
Carlinæ
Caryophillatæ
Cepœ
Chelidonii majoris,
minoris.

Chinæ
Cichorei
Consolidæ majoris;
minoris.

Contrayervæ
Curcumæ
Cyclaminis
Cynoglossi
Cyperi longi,
rotundi.

Dictamni
Doronici romani
Ebuli
Enulæ campanæ
Eryngii
Esulæ
Filicis maris,
{ feminæ,
{ floridæ.

Fœniculi
Fragariæ
Galangæ majoris,
minoris.

Gentianæ
Ginzeng, seu nisi
Graminis

Hellebori albi ;
nigri.

Hermodactyllorum
Jalappæ
Ipecacuanhæ
Ireos florentinæ ;
nostratis.

Imperatoriæ

Lapati acuti
Levistici
Liliorum alborum
Liquiritiæ

Malvæ
Mandragoræ
Mechoacannæ
Meu athamantici

Nympheæ
Ononidis

Pentaphylli
Pareiræ Bravæ
Petasitidis
Petroselini
Pœoniæ maris
Pimpinellæ saxifragæ
Plantaginis
Polypodii querni
Porri
Pyrethri

Raphani domestici ;
sylvestris.

Rhabarbari
Rhapontici
Rubiæ tinctorum
Rusci, seu brusci

Salseparillæ
Satyrii
Saxifragiæ
Scillæ
Scorsoneræ

Scrophulariæ
Serpentariæ virginianæ
Sigilli salomonis
Sisari
Spicæ celticæ,
indicæ.
Taraxaci
Tormentillæ
Turbith
Tussilaginis
Vallerianæ majoris
Vincetoxici
Urticæ urentis
Zedoariæ
Zinziberis.



SEMINA ET GRANA.

Acetosæ
Agni Casti
Altheæ
Ameos
Amomi
Anethi
Anisi
Angelicæ
Apii
Aquilegiæ
Asparagi
Atriplicis
Avenæ
Aurantiorum
Bardanæ
Basilici
Bombacis
Bursæ pastoris
Cannabis
Cardamomi majoris,
{ medii,
{ minoris

Cardui benedicti,
mariæ, seu lactei.

Carthami
Carpobalſami
Carui
Cataputiæ
Cicera alba
rubra
Citri
Citrulli
Colocynthidis
Coriandri
Cucumeris
Cucurbitæ
Cumini
Cydoniorum
Dauci cretici,
ſylveſtris.
Endiviæ
Erucæ

Fabæ
Fæniculi dulcis,
vulgaris.
Fœnugræci
Fraxini
Frumentum ſeracenicũ

Fumariæ

Geniſtæ

Hordeum integrum

{ mundatum
{ perlatum

Hyoſcyami albi
Hyperici

Lactucæ
Lentes
Leviſtici
Limonum
Lini
Lupuli
Lupini
Malvæ
Melonum

Miliisolis
Nasturtii hortensis
Napi buniadis
Nigellæ
Oriza
Orobus
Pœoniæ maris
Papaveris albi,
nigri.
Petroselini macedonici,
vulgaris.
Pisa
Plantaginis
Portulacæ
Psyllii
Raphani
Rutæ hortensis
Saxifragiæ
Scariolæ
Seseleos massiliensis
Sileris montani
Sinapeos
Solani
Staphidis-agriæ
Sumach
Tanaceti
Thymeleæ
Thlaspeos
Violarum
Urticæ
Vuarum acini
Zedoariæ, sive seminum contra.



GUMMI, SUCCI, RESINÆ, BALSAMA ET AFFINIA.

Acetum vini

Agresta, seu omphacium

Absynthii succus condensatus

Acacia vera,
vulgaris.

Aloes ſoccotrina,
hepatica,
caballina.

Ammoniacum gum:
Aſſa fœtida

Balſamum paruvianum album,
nigrum.
copahivæ,
judaicum,
ſiccum,
tolutanum.

Bdellium
Benzoinum
Betulæ lacryma

Camphora
Cathecu, male dictum terra japonica; cum ſit extractum arecæ.
Elaterium

Euphorbium
Fœx vini,
cereviſiæ.

Galbanum
Gummi arabicum;
animæ,
carannæ,
copal,
elemi,
guaiaci,
hederæ,
juniperi,
tacahamacæ;
tragaganthi.

Gutta gamba

Hypociſtis

Kermes ſuccus
Lacca rubra,
in bacillis.

Labdanum

Liquiritiæ ſuccus
Indigo
Manna
Maſtix
Meconium
Myrrha

Oleum olivarum,
{ petrolei,
Terræ.

Opium thebaicum,
Opoponax

Pix ſicca,
liquida.

Raſina mollis, ſeu pix burgundica,
{ ſicca, ſeu ſpingler:
arida, ſeu cocta, vulgò colophonia.

Sanguis draconis
Sarcocolla
Scammonium
Styrax calamita,
liquida.

Succus citri,
{ ceraſorum,
cydoniorum,
ribium,
{ roſarum,
rubi idæi.

Terebinthina communis,
{ cypria,
veneta.

Thus maſculum, ſeu olibanum,
vulgare.

Vinum album,
{ hiſpanicum,
malvaticum,
rubrum.

Viſcus aucupum
Vitis lacryma



DE ANIMALIBUS.

MEdicamenta, quæ ex Animalibus desumuntur, vel ex iis integris, vel eorum partibus componuntur.

INTEGRA SUNT.

Apes siccæ
Araneæ
Bufo exsiccatus
Cancri fluviatiles
Cantharides
Coccinella
Formicæ
Limaces
Hirudines
Hirundines
Lumbrici terrestres
Mille pedes
Ranæ
Scincus marinus
Scorpiones
Viperæ

EORUM VERO PARTES SUNT,

Adeps, axungia, pinguedo;

Anatis
Anguillæ
Anseris
Canis
Caponis
Gallinæ
Hominis
Porci
Taxi
Vituli
Ursi
Vulpis

Alcis ungula
Bezoar orientalis,
occidentalis.

Butyrum maiale, seu insulsum,
salitum.

Calculus humanus
Cancrorum oculi,
{ chelæ,
testæ.

Castoreum
Cera alba,
citrina.

Cervi cornu,
genitale.

Coagulum agni,
vituli.

Cranium hominis violenta morte extincti
Dentes apri,
hippopotami.

Fel bovis
Hepar lupi,
intestina.

Hirundinum nidus
Ichthyocolla

Lana succida, seu œsypus humida
Lac muliebre,
{ asininum,
caprinum,
Vaccinum.

Lucii mandibulæ
Margaritæ, seu perlæ
Medulla ceruina,
cruris bovis.

Mater perlarum
Mel album
Moschus orientalis

Mumia
Os è corde cervi
Ovorum teſtæ, ſeu putamina,
{ albumina,
vitelli. }

Pellicula interior ſtomachi gallinarum
Pellis anguillæ
Priapus tauri,
hippopotami.

Raſura cornu cervi,
eboris.

Pili leporis
Pulmo vulpis

Sanguis hirci
Sericum crudum
Sæpiæ os
Sævum bovinum,
{ cervinum,
hircinum,
ovinum. }

Sperma ceti,
ranarum.

Spodium ex ebore

Stercus anſerinum
{ caninum,
columbinum, }
{ equinum,
gallinaceum, }
{ murium,
pavonum, }
{ Svillum,
vaccinum. }

Struthiochameli ovum

Teſtæ oſtreorum

Unicornu

Zibethum



DE COLLECTIONE SIMPLICIUM.

SECUNDUM VERA TEMPORA.

NOn parum discriminis collectio nativis infert, prout scilicet illa decenter vel indecenter peracta fuerit ; tempus etenim convenientius nativa colligendi, tum à rei colligendæ aptitudine, tum à constitutione macrocosmica aptitudinem inferente colligitur : duplicem autem finem collectio respicit, videlicet vel asservationem, vel usurpationem, prioris gratiâ res est colligenda, eo temporis fluxu, quo vigent qualitates ad durabilitatem cooperantes, posterioris ratione colligi vult dum qualitates vigent medicationi aptiores. Sic

E mineralibus optima quidem sunt metalla, quæ maturuerunt.

E vegetabilibus radices evelluntur, dum viribus tument, adeoque Vernali aut Autumnali tempore. Meliùs tamen verno tempore dum multâ quiete saturæ, germinascere meditantur, & sunt nec nimis molles, duræ, aut lignosæ.

Cortices & ligna dum arbores maximè vigent tempore balsamico, certo lunæ aspectu, ut in pleni-lunio, cæduntur & detrahuntur.

Herbæ & folia dum succulenta & balsamica plena cruore madent, & cum odore, colore, sapore, cacumineque superbiunt, & florescentiæ appropinquant ; tempore & cœlo sereno, & ante solis ortum.

Deindè quæ calidæ & siccæ indolis in umbra exsiccentur ut usui in annum integris viribus reponi queant : quæ autem humidæ & frigidæ, in hortis conservari debent, quia tales siccatæ multum de sua virtute amittunt.

Flores vero colligendi ſunt dum expliciti pulchritudine ſua triumphant & luxuriant, exceptis paucis veluti roſis rubris, quibus pro conſerva conficienda in gemmis & minùs explicitis utimur.

Fructus cum benè maturuerint: ſi verò ad aſſervationem ſint reponendi, antequam omnino matureſcant, ut neque acerbi ſint, neque ad juſtam maturitatem pervenerint, demptis tamen meſpilis, ſorbis & ſimilibus, quæ immatura leguntur.

Semina, dum propemodum ſunt ſiccà, priuſquam folliculi tamen ſua ſpontè ſe aperiant ne deperdantur.

Animalia integra, eorumque partes ex ſanis, boni habitûs & mediæ ætatis ſumantur. Eorum ſiccæ partes per ſe conſervantur ut oſſa, cornua, dentes &c: humidæ vero & carnoſæ ut pulmo, inteſtina &c. priùs præparatæ & ſiccatæ à putredine præſervantur.



H

SÆpius accidit ut simplex aliquod medicamentum præscribatur absque sexûs, loci, formæ, coloris, delectûs ac propriæ partis denominatione ; undè dubium oritur an mas vel fœmina, radix vel semen, folia aut flores, unius aut alterius plantæ demandetur, ad cujus rei notitiam sequens tabella inserviet.

EXEMPLUM	*SPECIEI*
Absynthium . . .	Latifolium
Acetum	Vini
Agaricus	Albus
Alumen	Rupeum
Aristolochia . . .	Rotunda
Benzoinum . . .	Amigdaloïdes
Bryonia	Alba
Centaurium . . .	Minus
Corallum	Rubrum
Cyperus	Rotundus
Helleborus	Niger
Hyoscyamus . . .	Albus
Lilium	Album
Marrubium . . .	Album
Nymphæa	Alba
Oleum	Olivarum
Papaver	Album
Plantago	Major
Pœonia	Mas
Piper	Album
Pix	Liquida in suppurantibus Solida in glutinantibus
Polypodium . . .	Quercinum
Rosa	Rubra
Styrax	Calamita
Veronica	Mas
Viola	Purpurea

EXEMPLUM PARTIS.

Acorus	Radix
Agnus castus	Semen
Agrimonia	Folium
Ammi	Semen
Anisum	Semen
Aristolochia	Radix
Betonica	Folium
Bryonia	Radix
Capparis	Cortex radicis
Centaurium	Flores
Cuminum	Semen
Daucus	Semen
Dictamnus	Folium
Helleborus	Radix
Hyssopus	Folium & comæ
Iris	Radix
Marrubium	Folium
Mentha	Folium
Polypodium	Radix
Quercula	Folium
Scordium	Comæ florentes

EXEMPLUM LOCI.

Aloes	Soccotrina
Bezoar	Orientalis
Calaminta	Montana
Camphora	De Borneo
Cassia	Alexandrina
Cinnamomum	Zelanicum
Costus	Indicus
Daucus	Creticus
Dictamnus	Creticus
Manna	Calabrina
Margaritæ	Orientales
Moschus	Orientalis
Opium	Thebaicum
Pruna	Damascena
Senna	Orientalis
Stœcas	Arabica
Spica	Indica
Terebinthina	Chia, aut Veneta
Zinziber	Malabaricum

Cùm sæpè numero sub unâ formulâ comprehenduntur simplicia diversa, ne in his error subrepat, qui medici intentionem & ægri expectationem retardet, hîc explicabimus.

Quinque Radices Aperientes

Apii	. . . .	Capparis
Asparagi	. . . . . .	Eringii
Fœniculi	. . vel . .	Graminis
Petroselini	. . . . .	Rubiæ tinctorum
Rusci	. . . .	Ononidis

Quatuor Herbæ Emollientes..

Malva	. . . .	Atriplex
Altha	. . . . aut . .	Beta
Violaria	. . . .	Mercurialis
Achantus	. . . .	Parietaria

Quinque Herbæ Capillares.

Capillus veneris
Adianthum album
nigrum.
Lingua cervina
Polythricum

Tres Flores Cordiales.

Frigidi	. . . .	*Calidi*
Borraginis	. . . . .	Antho.
Buglossi	. . . .	Calendulæ
Violarum	. . . . . .	Melissæ

Quatuor Semina Calida.

Majora	. . . .	*Minora*
Anisi	. . . .	Apii
Carvi	. . . . . .	Dauci
Fœniculi	. . . . .	Ameos
Coriandri	. . . . . .	Amomi

Quatuor Semina Frigida.

Majora	*Minora*
Cucumeris	Lactucæ
Cucurbitæ	Portulacæ
Citrulli	Endiviæ
Melonum	Cichorei

Quinque lapidum pretiosorum fragmenta

Granati
Hyacinthi
Sapphiri
Sardi, seu carneoli
Smaragdi

Quatuor Unguenta

Calida	*Frigida*
Altheæ	Album rhasis
Martiatum	Populeum
Nervinum	Refrigerans galeni
Agrippæ	Rosatum

Tria Olea Stomachica

Absynthii
Cydoniorum
Mastichinum

Quatuor Aquæ.

Cordiales	*Pleuriticæ*
Buglossi	Cardui benedicti
Rosarum	Papaveris erratici
Melissæ	Scabiosæ
Menthæ	Bardanæ

Quatuor Farinæ.

Fabarum		Orobi
Fœnugræci	aut	Lentium
Hordei		Lupinorum
Lini		Volatilis triticea

Huc pertinent.

Amylum
Furfur macrum.

Recensitis & enumeratis simplicibus & iis omnibus, quæ in Pharmaciæ usum veniunt, antequam ad operationes manuales descendamus, utile erit terminos & verba quædam, quibus in illis exequendis nonnunquam laconicæ brevitatis causâ utimur, jam explicemus. Sicque . . .

Acuere. Est rem fortiorem reddere, & stimulum eidem efficaciorem addere, ut cum acetum spiritu nitri, vitrioli &c. Acuitur; sic & cathartica acuuntur, cùm eisdem grana aliquot scammonii, gummi-gottæ seu trochiscorum alhandal adjiciuntur.

Amalgamare. Est metalla per mercurii vivi admixtionem calcinare. Modo autem hoc sola metalla præparantur, exceptis marte (qui per sulphur) & venere.

Calcinare. Est In calcem redigere & friabile reddere, fitque vel per ignitionem incinerando vel reverberando. (huc etiam pertinet extinctio rei ignitæ in aquâ.)
Vel per corrosionem scilicet amalgamando, præcipitando, fumigando, vaporando, vel cæmentando, huc etiam pertinet calcinatio per illinitionem liquoris corrosivi.

Candisari. Soli saccharo competit, quod in aquâ solutum, purificatum, atque quadantenus inspissatum in crystallos concrescit.

Cæmentare. Idem est quod stratificare, videlicet corpus metallicum (huic enim soli competit) cæmento stratificatum, igni impositum in calcem redigere.

Circulare. Est liquorem in digestionem collocare ut volatilior & spirituosior pars continuo elevari & recidere possit, adeoque quasi circulum continuò efficiat, hocque fit ut spiritus & tincturæ eo magis volatiliores evadant, cujus rei peragendæ, certa instrumenta (criculatoria dicta) in usu sunt, Vices circulationis supplere potest iterata distillatio.

Clarificare. Est decocta vel succos turbidos à sordibus & fæcibus crassis purgare, fitque hoc vel per albumen ovi quod cum pauco decocti vel succi virgulis tantisper conquassatum in spumas, reliquo decocto aut succo additur, & factâ unâ aut alterâ ebullitione per pannum colatur.

Vel fit per disgestionem, quâ crassiora, fæcesque paulatim ad fundum secedunt; dein per inclinationem à liquore separantur.

Vel tertio per philtrationem, quæ est tenuissimæ portionis separatio à crassiore per rarissimam colationem mediante cartâ bibulâ aut panno laneo.

Coagulare. est fluidum per humiditatis ablationem in formam olidam & siccam inspissare.

Cohobare. Est liquorem distillatum denuo materiæ in distillatorio relictæ affundere, & iterum distillare; quod opus aliquando pluries repetitur.

Colare. Est materiam fluidam per colum vel panneum vel lineum trajicere.

Condire. Est Flores, fructus, radices, aliave saccharo syrupisato, mellivè immergere.

Conficere. Est quid saccharo obducere vel incrustare.

Congelare. Est dum pori rerum fluidarum aliis particulis rigidis & acutis replentur.

Conquassare. Est pistillo aliquid crassiusculè tundere.

Coquere in Diplomate. Id est, in balneo-maris.

Cribare. Est materiam tenuiorem à crassiore beneficio cribri separare.

Crystallisare. Est cum liquor quidam aut acidi aut alkali generis, super fluâ humiditate, mediante evaporatione donec crusta aliqua superficie-tenus appareat, calore moderato privatur & loco frigido ad crystallisandum reponitur.

Decantare, vel Decupellare. Est liquorem limpidum à fœcibus leniter separare.

Decrepitare. Est sal muriaticum vasi ferreo indere & prunis superimponere, donec non ampliùs strepitet & partes ejus aquosæ evanuerint.

Deliquium, solvere per diliquium. Est rem solutioni aptam in locum lumidum collocare ut in liquorem vertatur.

Dephlegmare. Est distillando vel evaporando phlegma separare.

Despumare. Est spumas supernatantes demere.

Distillare. Est de quâpiam re exhalabili mediante calore, vapores mediantibus organis expellere, qui deinde in guttas conden-

ſati in vas ſuppoſitum delabuntur; & hæc peragitur tribus modis diſtillatio.

Prima dicitur recta vel per aſcenſum in alembico.

Secunda ad latus, vel obliqua per retortam ex arenâ, vel igne nudo.

Tertia per deſcenſum: & iſtæ diſtillationes fiunt per balneum roris ſeu vaporis, vel per balneum maris, vel per cineres, arenam, aut ignem nudum.

Detonare. Eſt calcinatio cum ſtrepitu & flagratione ut crocus metallorum, antimonium diaphoret: &c.

Digerere. Eſt corpora duriora calori leni cum aliquo menſtruo committere, ut tanto major fiat unio particularum, aut ut volatiliores à fixioribus ſeparentur.

Diſſolvere. Eſt corpus ſolidum per diſſolvens aptum in formam fluidam redigere.

Diſpenſare. Eſt ſimplicia Medicamenta, quæ compoſitionem aliquam ingrediuntur, debitâ quantitate & qualitate ſeligere & pro compoſito adaptare.

Dulcorare. Eſt calcinata & præcipitata quævis à particulis acrioribus alluſione aquæ dulcis, inquâ illæ ſe diſſolvunt, ſeparare. Idem dicitur de potionibus & aliis, quibus tantum ſacchari aut ſyrupi alicujus ad gratum ſaporem conciliandum, quantum neceſſe eſt additur.

Evaporare ſeu exhalare. Eſt ope caloris debiti humiditatem aqueam & inutilem diſſipare.

Exaltare. Eſt rei potentiam alterando augere.

Exacinare. Ideſt acinos eximere.

Excorticare. Eſt cortices detrahere.

Exprimere. Eſt premendo vel preſſurâ elicere, quod fit manibus vel prælo.

Extinguere. Dicitur de lapidibus toties candefactis, totieſque aquâ aut alio liquore extinctis uſque dum friabiles evaſerint; vel etiam metalla igniuntur & in liquore aliquo extinguuntur, ut huic virtus aliqua communicetur.

Extrahere. Eſt ex cunctis rebus ſuſtantiam puriorem ab impurâ, mediante menſtruo idoneo elicere.

Fermentari. Dicitur quando fit motus inteſtinus particularum heterogenearum ad finem perfectionis & volatiliſationis tendentium; ſi hæc operatio diutius continuatur, ſalia in eo ſubjecto

contenta fluorem adipiscuntur, & sese per universum liquorem distendentia acorem toti massæ communicant, si vero disruptis vinculis, particulæ volatiles simul & semel fugam tentent ob continuum motum partes illas exagitantem & subtilisantem, oritur putrefactio, quæ nihil aliud est quam particularum subtilium remotis omnibus vinculis subitanea fuga.

Filtrare. Est liquidum beneficio cartæ bibulæ vel panni colare & clarificare.

Fixare. Est id quod volatile est fixum reddere vel per se iteratis distillationibus & sublimationibus vel additâ aliâ re aliquâ cujus vi fixatio perficitur.

Fumare. Est per fumum mercurii vel saturni calcinare, estque solorum metallorum operatio.

Fundere & liquare. Est mediante igne idoneo materiam in fluxum & fluidum redigere.

Granulare. Est metallum fusum in grana redigere.

Imbibere. Est rem humiditate per vices potare seu liquore humectare.

Impastare. est cum excipiente quodam, res inter se commiscere & pinsere ut fiat instar massæ.

Impregnare. Idem est quod imbibere.

Inaurare. Est auri foliis obducere.
Incinerare. Est comburere & in cineres redigere.
Infundere. Est quid liquori immergere.
Insolare. Est aliquid radiis solaribus exponere.

Inpissare. Est quid liquidum ad spissam formam instar extracti coquere & evaporare

Interpassare. Dicitur de sacculis qui intersuuntur ne materia inclusa conglomeretur.

Lavare. Est liquore abluere ut res purgetur vel alienâ qualitate imbuatur.

Lævigare. Est quid super porphyritem cum molâ in tenuissimum pulverem redigere.

Limare. Est corpora duriora mediante limâ parvas in partes comminuere.

Liquare. Est quid ope caloris fluidum reddere.

Lutare. Est vasorum juncturas vel fissuras cum viscoso aliquo consolidare & claudere.

Macerare. Est infundere quodvis in liquore aliquo, nullo accedente calore.

Malaxare. Est rem cum oleo appropriato manu aut agitaculo in massam subigere.

Præcipitare. Est cum quidquid menstruo aliquo solutum per cujuspiam alterius contrarii affussionem cogitur (ob particularum gravitatem) ad fundum delabi.

Præparare. Est quid in tenuissimum pulverem lævigare, aliquo liquori convenienti imbibere & ad usum adaptare.

Pulverisare. Est in pulverem redigere lævigando & tundendo.

Radere. Est quid cultro,. vitro, aut limà in rasuram redigere.

Rectificare. Est denuo blando calore distillare ut res à suo phlegmate penitus liberetur & spirituosior evadat volatiliorque efficiatur, relictà in fundo parte aquosà.

Reverberare. Est rem vi flammæ cremare, quæ supra & infra eam ambiat.

Separare. Est res heterogeneas, mixtas & confusas segregare, quod fit per infundibulum, gossipium aut cartam bibulam.

Sigillare Hermetice. Est vitrum fusione claudere.

Straficare. Est stratum super stratum facere, quod fit V. G. alternà metalli & pulveris structione, ita tamen ut primum stratum sit metalli & ultimum pulvere claudatur.

Sublimare. Est corpus solidum mediantibus ignis gradibus, vel ex toto vel ex parte siccam in formam in sublime elevare.

Torrere. Est quid sartagini impositum continuo agitare super ignem ut humiditate superfluà privetur.

Vitrificare. Est in vitrum quid redigere.

Volatilisare. Est volatile reddere.



DE ASSERVATIONE SIMPLICIUM ET EORUM DURATIONE.

ASservatio, eſt rerum Medicamentalium uſui repoſitarum conſervatio, ſcopus eſt earumdem qualitates ſeu virtutes retinere, modus autem aſſervandi eo dirigi debet, ut quantum fieri poteſt, res integræ uſuique idonæ quovis tempore in promptu ſint: attamen quia earum vires cum tempore evaneſcunt & aliud nihil niſi cadaver inutile relinquatur, unde cum harum citior, aut tardior evaneſcentia à ſolidiori vel minus ſolidà earumdem ſubſtantiâ dependeat & hæ corruptioni magis reſiſtunt earumque duratio eſt diuturnior cum in aliis aſſervatio eſt brevioris temporis, ſequitur.

Mineralia pleraque [exceptis ſulphureis & aqueis quibuſdam] quia ſolidioris ſunt naturæ, durationis quoque diuturnioris cenſenda eſſe.

E vegetabilibus, flores quamdiu odorem, colorem, & ſaporem retinent, aſſervari poſſunt, communiter tamen annuatim ſunt mutandi, exceptis ſchœnanthos floribus, qui per plures annos durabiles dicuntur & paucis aliis.

Herbæ pleræque diutius aſſervari poſſent, præſtat tameu earum ſingulis annis mutationem inſtituere.

Semina, quo calidiora, acriora, magiſque aromatica ſunt, eo quoque durabiliora, ideo biennium ac triennium integra ſervari poſſunt, minutiora vero ac frigida ſingulis annis mutanda ſunt, vel donec non randeſcant.


Fructus quotannis mutandi, exotici vero & cortice duriore ac cruſtâ veſtiti per duos treſve annos durant.

Radices parvæ, tenues, raræ anno quolibet mutantur Magnæ vero, craſsâ preditæ ſubſtantiâ biennium vel triennium integræ manent.

Cortices in annum perdurant & ultra.

Gummi & reſinæ durabilioris ſunt naturæ.

Animalia, harumque partes, vires ſuas vegetas conſervare creduntur, quamdiu ſunt incorrupræ, durabiliores tamen ſunt partes, quæ ſolidiores & ſicciores, corruptibiliores vero molliores quæ ſingulis annis renovari ſolent.



DE PONDERIBUS ET MENSURIS.

GRanum, quo aurifabri utuntur & aurum penderant ; sit basis & fundamentum primum & immutabile omnium ponderum.

Granum sic in usu notatur. . . . . . . *gr.*

Scrupulus pendet grana viginti quatuor & sic notatur . . . . ℈.

Dragma tres habet scrupulos, sive septuaginta duo grana . . . . ʒ.

Uncia pendet dragmas octo, sive grana quingenta septuaginta sex . . . . ℥.

Quartarius uncias tres . . . . quart.

Libra uncias duodecim pendet . . . . . . ℔.

Hæc pondera non ex plumbo sint fabrefacta, pro temporis etenim varietate & usu plus minus gravescunt & depereunt.

LIQUIDORUM MENSURA.

Congius continet libras octo.

Pinta vero uncias octodecim.

Hemina est semipenta.

Cochleare continet unciam semissem.

FOLIORVM ET HERBARVM MENSVRA.

Fasciculus, est qnantum manu ad axillam complicata, toto comprehenditur brachio . *fasc.*

Manipulus, quantum intra manum, digitis complicatis comprehenditur . . . . . . *M.*

Pugillus, quantum tres primi digiti assumare possunt. . . . . *P.*

ABBREVIATIONVM NOTÆ.

Numero	*nº.*
Paria	*par.*
Ana	*ãã.*
Quantum satis, quantum sufficit	*qs.*
Quantumvis	*qv.*
Partes æquales	*p.æq.*
Secundum artem	*s.a.*
Stratum super stratum	*s.s.s.*
Balneum maris, seu mariæ	*B.M.*



CLASSIS SECUNDA

De Decoctis, aquis Simplicibus, Compositis, Spirituosis, Spiritibus & Acetis.

DE DECOCTIS.

DECOCTUM est medicamentum liquidum, viribus medicamentosis, interveniente rectâ coctione, impregnatum; hæc autem ritè perficitur cum neque in excessu, neque in defectu peccetur, Officinis non sunt in promptu decocta, quoniam facile situm contrahunt, ideo semper ex tempore recenter parari debent.

DECOCTUM HORDEI.

℞. Hordei integri . . . . *unciam unam.*
Aquæ fontis . . . . . *uncias viginti.*
Coquatur ad crepaturam

PTISANA COMMUNIS.

℞. Hordei integri . . . . *unciam unam,*
Radicum cichorei
graminis . *ana* . . *uncias duas*
Bulliant in aquæ communis *libris octo*, ad tertiæ partis consumptionem, sub finem adde liquiritiæ rasæ & contusæ . . . *unciam unam.*

DECOCTUM FORESTI.

℞. Hordei mundati . . . *uncias duas*
Cicerum rubrorum . . *uncias tres*
Caricas pingues . . . *numero ... novem*
Jujubas . . . . . . *numero ... septem*

Seminum malvæ

Altheæ . . . *ana* . . . *drachmas tres*

Quatuor frigidorum majorum *ãã drachmas duas*

Aquæ communis . . . . *libras octo* coque ad tertiæ partis consumptionem, sub finem adde, liquiritiæ rasæ & contusæ . . . . . . *drachmas sex.*

DECOCTUM VULNERARIUM

℞. Radicum consolidæ majoris siccatarum, *unciam unam*

Foliorum agrimoniæ
Hyperici
Bugulæ
Alchimillæ
Veronicæ
Saniculæ
Urticæ albæ . . . , *ãã manipulum semis*

Bulliant in aquæ fontis ... *libris duodecim* ad tertias, sub finem, adde liquiritiæ rasæ & contusæ . . *unciam unam.*

DECOCTUM ANTIPLEURITICUM

℞. Hordei integri . . . . *manipulum semis.*

Corticum radicum bardanæ siccatarum . *uncias quatuor.*

Rasuræ cornu cervi , ... *unciam unam.*

Crystalli mineralis , ... *drachmas tres.*

Bulliant in Aquæ fontis ... *libris duodecim*, ad tertias, sub finem addendo

Florum papaveris rheados . . . . . . *pugillos tres*

Liquiritiæ rasæ & contusæ . . . . *unciam unam*

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Hordei mundati . . . . *unciam semis.*
Vuarum passarum exacinatarum . *drachmas sex.*
Sebesten.
Jujubas . . . . *ana* .. *numero decem*
Dactylos . . . . *numero sex.*
Caricas pingues . . . . *numero quatuor*
Rutæ murariæ.
Scabiosæ.

Tussilaginis . . . *ana* . . . *manipulum semis.*

Hyssopi . . . . *pugillum unum*

Liquiritiæ rasæ & contusæ . . . *drachmas duas.*

Coquantur in aquæ fontis . . . *libris octo* ad tertias.

DECOCTUM AMARUM.

℞. Summitatum centaurii minoris.
Foliorum agrimoniæ.
Florum camomillæ romanæ . . . *ana manipulum semis.*
Radicis gentianæ . . . . *drachmam unam & sem.*
Seminum cardui benedicti.
Citri . . . *ana drachmam unam & semis.*

Florum calendulæ . . . *pugillos duos.*

Coque in aquæ fontis . *libris duabus*, sub finem coctionis adde vini albi . . . *libram unam & semis.*

DECOCTUM LAXATIVUM.

℞. Foliorum sennæ mundatorum . . *unciam unam.*
Seminum anisi.

Tartari crudi . . *ana* . . . *drachmam unam & sem.*

Aquæ communis . . . . *uncias viginti.*

Bulliant leviter donec quarta pars sit consumpta, coletur, & usui servetur.

PTISANA REGIA.

℞. Radicum polypodii quercini contusi
Cichorii . . . . *ana unciam unam.*

Aquæ communis . . . . . *libras tres.*

Bulliant ad tertiæ partis consumptionem, deindè colaturæ calenti infunde per noctem

Foliorum sennæ mundatorum . . *unciam unam.*

Liquiritiæ rasæ & contusæ. . . . .

Tamarindorum . . *ana* . . . *unciam semis.*

Foliorum pimpinellæ . . . . . *pugillos duos.*

Colatura servetur ad usum. . . . .

DECOCTUM COMMUNE CLYSTERIS.

℞. Foliorum maluæ
Altheæ
Violarum
Betæ
Mercurialis . . . . . *ā ā manipulum unum,*

Florum camomillæ
meliloti . . *ana* . . . *manipulum semis.*

Seminis fæniculi . . *unciam semis.*

Ex his fiat decoctio in aquæ communis . . . *q: s:*

Ad libras tres.

DECOCTUM CARMINATIVUM.

℞ Seminum anisi
Fœniculi
Carui
Cumini
Florum camomillæ
Summitatum anethi . . *ā ā* . . . *manipulum semis,*

Coque in aquæ communis *libris duabus* ad medias & colaturam serva.

DECOCTUM MERCURIALE SIVE AQUA HERMETICA.

℞. Mercuri vivi	*uncias duas.*
Corallinæ	*unciam ſemis.*
Dictamni cretici	*drachmas duas.*

Coque in aquæ portulacæ *libris duabus*, *ad libram unam & ſemis* addendo ſub finem liquiritiæ raſæ & contuſæ *unciam mediam.*

JULEPUS SEU INFUSIO STERCORIS EQUINI.

℞. Stercoris equini recentis ex ſicco viventis *uncias quatuor*; infunde tepide per quatuor horas in vini albi & aquæ cardui benedicti *ana unciis quatuor* colaturæ adde,

Aquæ cinnamomi	*unciam ſemis.*
Syrupi papaveris rheados	*unciam unam & ſemis.*





DE AQUIS.

AQua, cum cuivis satis nota sit, non indiget descriptione: sed ejus divisione sumus modo contenti, quam in crudam, coctam, & distillatam dividimus: & ea ultima est vel simplex vel composita.

Aquæ simplices, quæ diversimodè paratæ in officinis conservantur, sunt vel phlegmaticæ seu aqueæ, idest ad aqueam naturam propius accedentes, in quibus aliquæ salino sulphureæ particulæ dilutæ sunt; vel aromaticæ & odoratæ, in quarum præparatione, ac distillatione, pro diversitate materiarum, etiam diversimodè est procedendum: non tantum caloris diversi respectu, sed etiam instrumentorum variantium ratione. Aquæ compositæ vero ex variis speciebus sulphureo-salinis partibus præditis, mediante liquoris idonei affusione, distillantur.



AQUÆ SIMPLICES PHLEGMATICÆ.

AQUA CICHORII.

℞. Foliorum Cichorii recenter collectorum *qv.*
Contundantur in mortario lapideo, & imponantur in vesicam æneam stanno intus obductam superaffunde aquæ communis ad supereminentiam duorum aut trium digitorum, stentque in infusione per horas viginti quatuor; tunc apposito capitello cum suo refrigeratorio & recipiente fiat distillatio S. A.

Eodem modo distillantur sequentes.

Asparagi

Bardanæ


Borraginis

Buglossi

Cardui benedicti

Chelidonii

Euphrasiæ
Graminis
Nympheæ
Plantaginis
Papaveris erratici
Portulacæ
Raphani
Saxifragiæ
Scabiosæ
Scorsoneræ
Tussilaginis
Verbenæ
Ulmariæ &c.



DE AQUIS SIMPLICIBUS AROMATICIS

AQUA MENTHÆ.

℞. Foliorum menthæ virentium *quantum vis* incisis ac contusis affunde decocti ejusdem plantæ . . . *qs.*
Ut duos vel tres digitos supereminceat, stent in infusione ad debitam fermentationem, quâ peractâ, instituatur distillatio S. A.

Eadem methodo distillentur.

Aqua absinthii
Arthemisiæ
Betonicæ
Camomillæ
Fæniculi
Florum sambuci
Hyssopi
Lavendulæ
Melissæ
Petroselini
Salviæ
Scordii &c.

AQUA ROSARUM.


℞. Rosarum fragantium . : *qv* . . His in vase ligneo aut lapideo collocatis, adjecto salis communis modico, affunde aquæ fontanæ . . *qs.* . . . . ut flores immergi possint, tunc vase cooperto reponantur ad fermentationem, quâ peractâ, distillentur & eliciatur aqua tandiu odorem gratum referat.

AQUA SPERMATIS RANARUM.

℞. Spermatis ranarum triduo ante novilunium collecti. . *qv.*
Aluminis pulverisati *modicum*
Indantur telæ cannabinæ in modum manicæ hyppocratis efformatæ & suspendantur in loco humido; liquor stillans vase terreo recipiatur, qui per balneum maris est distillandus.

AQUA MELLIS.

℞. Mellis optimi : : : : : : : *qs.*
Ut repleatur decima pars cucurbitæ terreæ vel vitreæ, cui adaptetur alembicus vitreus & in balneo sicco, igne sat lento distilletur phlegma seu aqua mellis, cum autem guttæ incipiunt acescere, igne auctiori liquor secundus & tertius extrahantur vasis idoneis conservandi.





DE AQUIS COMPOSITIS

AQUA LACTIS ALEXITERIA SEU ANGLICANA.

℞. Foliorum ulmariæ

Cardui benedicti
Galegæ . . *ana manipulos sex*
Menthæ
Absinthii . . *ana manipulos quinque*
Rutæ . . . *manipulos tres*
Angelicæ . . *manipulos duos*

Minutim incisa, in vase terreo vitreato reponantur & addendo lactis recentis . . . . . *libras viginti quatuor*

Distillentur; aqua prolecta servetur ad usum.

AQUA ANTIPHTHISICA.

℞. Lactis vaccini recenter mulsi . . *libras novem*

Sanguinis Nefrendis aut vituli junioris *libras duas*

Foliorum hederæ terrestris
Pulmonariæ
Saniculæ
Pilosellæ
Bugulæ


Florum papaveris erratici *ana manipulos duos*

Ficuum pinguium

Jujubarum recentium . *ana uncias tres*

Cancros fluviatiles vivos *numero duodecim*

Herbæ minutim incidantur. Cancri autem & juiubæ contundantur; deinde cucurbitæ vitreæ impositis capitello addito, instituatur distillatio ex balneo maris fermè ad siccitatem, igne primum lento propter lactis & sanguinis rarefactionem.



DE AQUIS SPIRITUOSIS.

AQUA CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi acuti leviter contusi *libram unam*
Vini generosi *libras octo.*
Macera in vase optime clauso per duos dies, deinde per vesicam refrigeratorio munitam distilla donec liquor odorem & saporem cinnamomi referat.

AQUA MELISSÆ COMPOSITA.

℞. Foliorum melissæ recentium *Manipulos sex*
Corticum exteriorum citri siccatorum
Nucis moscatæ
Coriandi . . . . *ana unciam unam*
Caryophillorum
Cinnamomi . . . . *aa unciam semis*
Omnia incisa & contusa infundantur per triduum in
Vini albi . . . . . *libris duabus*
Aquæ vitæ . . . . *librâ semis*
Distillentur igne arenæ moderato aut ex balneo maris.

AQUA CAMOMILLÆ COMPOSITA.

℞. Summitatum Camomillæ hortensis *manipulos viginti* incisis & contusis affunde
Aquæ Camomillæ simplicis *libras decem*
Vini generosi . . . . . . *libras sex*
Post debitam digestionem fiat expressio fortis, in quâ denuo infunde, parem summitatum Camomillæ quantitatem, nova fiat iterum expressio & in ea infunde & macera.
Summitatum Camomillæ . . . . *manipulos duodecim*
Corticum arantiorum . . . . . *unciam unam & semis*
Foliorum absinthii . . . . . . *manipulos duos*

Centaurii minoris

Pulegii
Origani . . . *ana .. manipulum unum & semis.*

Seminum anethi
Anisi
Carui
Cumini
Fœniculi
Cardui benedicti
Mariæ lactei *ana unciam unam & semis*

Baccarum juniperi
Lauri . . . . *ana unciam semis*

Horum omnium ritè incisorum & conquassatorum fiat infusio per horas *viginti quatuor*, tum ex balneo maris distiljentur ferè ad siccitatem.

AQVA VVLNERARIA.

℞. Foliorum & radicum consolidæ majoris

Salviæ
Arthemisiæ
Bugulæ *āā* . . . . *manipulos quatuor*

Betonicæ
Saniculæ
Bupthalmi
Symphiti minoris
Scrophulariæ majoris
Plantaginis
Agrimoniæ
Verbenæ
Absinthij
Fœniculi *ana* . . . . *manipulos duos*

Hyperici
Aristolochiæ longæ
Thelephii
Veronicæ
Centaurii minoris
Mille folii
Nicotianæ
Menthæ
Hyssopi *ana* . . . . *manipulum unum*

Contundantur omnia, misceantur & macerentur per triduum calidè in
Vini albi . . . . *libris duodecim*
Dein distillentur ex balneo maris aut vaporis & servetur.

AQUA LILIORUM CONVALLIUM.

℞. Florum recentium lilii convallium *manipulos octo*
Vini albi gallici . . . . *libras octo*
Macerentur per triduum, deinde distillentur ex balneo maris aut arenæ

Eodem modo parabitur

Aqua florum tiliæ
Lavendulæ

AQUA NAPHÆ.

℞. Florum arantiorum recentium *libras duas*
Corticum exteriorum arantiorum amarorum & immaturorum . . . . *uncias duas*
Leviter contundantur in mortario marmoreo & digerantur in
Vini albi gallici . . . . *libris quatuor*
Stent in infusione per triduum, dein distillentur ex balneo maris aut sicco.

AQUA THERIACALIS SIMPLEX

℞. Theriacæ recentis . . . . *uncias quatuor*
Spiritus vini dephlegmati . . . . *uncias viginti*
Digerantur simul per tres dies in balneo maris, dein clarum per decantationem separa & usui serva

Camphorata fiet si in aquæ prædictæ *unciis decem*
Camphoræ . . . . *drachmæ duæ*
Myrrhæ . . . . *drachmæ decem*
Croci . . . . *drachma una & semis*
Per triduum infundantur, & deinc liquor saturatus & filtro clarus reponatur ad usum.

DE SPIRITIBUS SIMPLICIBUS ET COMPOSITIS.

Spiritus est substantia tenuis aliquid salis vel olei resoluti possidens vi, ignis ex quodam corpore elicita: suntque simplices & compositi.

Simplices spiritus sunt, qui absque additione cuiuspiam peregrini conficiuntur

Compositi vero, ubi species variæ concisæ & contusæ, affuso spiritu vini, vel alio ardenti simul distillantur.

SPIRITUS CERASORUM NIGRORUM.

℞. Cerasorum nigrorum damascenorum *qv.*
nuclei cum toto contusi reponantur in vase idoneo ad debitam fermentationem, postea ex balneo maris aut sicco spiritus eliciatur.

Eodem modo parabitur

Spiritus fragorum
Frambesiarum &c.

SPIRITUS BACCARUM JUNIPERI.

℞. Baccarum juniperi recentium . . . . . *libras duas*
Spiritus vini . . . . *libras octo*
Macerentur per triduum & ex balneo maris aut sicco distillentur.

Eodem modo parabitur

Spiritus baccarum sambuci

SPIRITUS ANISI.

℞. Seminum anisi mundatorum & contusorum *libram semis.*
Spiritus vini . . . . *libras duas*
Macerentur ut prius ac eodem modo distillentur

Eodem methodo parabuntur

Omnes spiritus ex seminibus calidis

SPIRITUS COCHLEARIÆ.

℞. Cochleariæ florescentis . . . *libras octo*
Spiritus vini . . . . *libras quatuor*
Infundantur per noctem, deinde distillentur. S. A.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞. Spiritus vini . . . . *libram semissem*
Camphoræ . . . . *unciam mediam*
Reponantur in lagenâ ad usum.

SPIRITUS CARMINATIVUS SYLVII.

℞. Radicum angelicæ . . . . . *drachmam unam*
Imperatoriæ
Galangæ . . . . . *ana drachmam unam semis*

Foliorum rorismarini
Majoranæ
Rutæ hortensis
Basiliconis

Summitatum centaurii minoris . *ana manipulum semis*

Baccarum lauri . . . . *drachmas tres*

Seminum angelicæ
Levistici
Anisi *ana* . . . . . *unciam semis*

Zinziberis
Nucis moschatæ
Maceris . . . *ana* . . . . *drachmam unam & semis*
Cinnamomi . . . . *drachmas sex*
Caryophillorum
Corticum arantiorum . . . . *ana drachmam unam*
Concisis & crassè contusis affunde
Spiritus vini . . . . *uncias quadraginta*

Digerantur per biduum in balneo mariæ, hinc ad siccitatem distillentur.

SPIRITUS LUMBRICORUM MAGISTRALIS.

℞. Lumbricorum lotorum . . . . *libram unam & semis*

Limacum mundatorum . . . . *libras octo*

Contundantur in mortario marmoreo, indanturque vasi convenienti addendo

Foliorum urticæ urentis cum radicibus *manipulos tres*
Angelicæ . . . . . *manipulos duos*
Brancæ ursinæ . . . . *manipulos tres & semis*
Agrimoniæ
Betonicæ . . *ana* . *manipulum unum & semis*
Absinthii . . . . . *manipulum unum*
Rutæ . . . . . . *manipulum semis*
Florum rorismarini . . . . . *uncias tres*
Radicum lapathi acuti . . . . *uncias quinque*
Oxalidis . . . . . *uncias duas & semis*
Curcumæ
Corticis interioris arboris oxiachanti
Rasuræ cornu cervi crassiusculè pultæ

Eboris *ana* . . . . *uncias duas*
Caryophillorum pulveratorum . . *unciam unam & semis*
Seminum fœnugreci . . . . . *unciam unam*
Croci . . . . *drachmam unam & semis*
Spiritus vini . . . . *libras sedecim*

Macerentur per biduum & distillentur S. A.

SPIRITUS SALIS VOLATILIS OLEOSUS.

℞. Corticum exteriorum arantiorum
Citriorum *ana* *drachmas sex*
Nucis moscatæ . . . . *drachmam unam*
Macis
Cinnamomi . . . *ana* . . . *drachmam semis*
Seminum fœniculi
Cardamomi minoris
Carvi . . *ana* . . . *grana octodecim*

Salis tartari, ex tartari crudi & salis nitri partibus æqualibus confecti
Salis ammoniaci . . *ana* . . . *uncias tres*

Omnibus simul contusis & cucurbitæ vitreæ impositis, affunde
Spiritus vini rectificati . . . . *uncias sedecim*

Digerantur per aliquot dies, vase benè obturato, tunc adjectis capitello & recipiente, juncturisque optimè luto clausis, distillentur ex balneo sicco

AQUA ANT-APOPLECTICA.

℞. Vini malvatici . . . . *libras sex*

Spiritus vini rectificati . . . . *libras octo*

Spiritus cerasorum nigrorum . . . . . . *libras duas*

Aquæ liliorum convallium . . . . . . *libram unam*

His, successivè immergantur & quidem tempore congruo

Radicum recentium pœoniæ maris . . . *unciæ duæ*

Doronici veri . . . *unciæ duæ & semis*

Cyperi rotundi . . *uncia una*

Zedoariæ . . . *uncia una & semis*

Herbarum recentium & florescentium
Basiliconis
Betonicæ
Hormini
Majoranæ
Menthæ
Pulegii
Calamintæ montanæ
Rorismarini
Salviæ
Serpilli
Thymi *ana* . . . *unciæ quatuor*

Florum recentium acaciæ
Liliorum convallium
Keyri
Lavendulæ
Paralyseos
Pœoniæ maris
Tiliæ
Tunicæ . . *ana* . . . *unciæ tres*

Seminum coriandri
Cardamomi minoris *ana uncia una & semis*

Cinnamomi optimi . . . . *unciæ sex*

Caryophillorum . . . . *unciæ duæ*

Nucis moscatæ . . . . *unciæ tres*

Baccarum lauri
Juniperi . . *ana* . . *unciæ duæ*

Cubebarum . . . . *uncia una & semis*

Ligni rhodii
Santali citrini . *ana* . . *uncia una & semis*

Omnia debito tempore collecta & macerata distillentur in balneo mariæ ad siccitatem fermè specierum.

AQVA THERIACALIS

℞ Radicum gentianæ
Angelicæ
Enulæ campanæ
Valerianæ majoris
Petasitidis
Contrayervæ *ana uncias duas*

Corticum citri
Arantiorum
Ligni sassafras
Cinnamomi
Caryophillorum
Seminum sileris montani
Cardui benedicti . . *ana unciam unam*

Baccarum Iuniperi . . . . . *uncias duas*

Summitatum scordii
Rutæ
Hyperici . *ana* . *manipulum unum & semis*

Theriacæ veteris . . . . . *uncias quatuor*

Salis tartari . . . . *unciam semis*

Infundantur per tridium in

Spiritus vini . . . . *libris sex*

Deindè ad sicitatem ferè distillentur lento balnei aut arenæ calore.



DE ACETIS.

Acetum dicitur liquor aciditate terrestriori ac fixiori impregnatus, estque simplex vel compositum, hocque in destillatum & infusum dividitur.

ACETUM STILLATITIUM

℞. Aceti vini acerrimi . . . . . . *libras octo*

Inde cucurbitæ vitreæ vel terreæ capitello & recipiente munitæ, inque balneo sicco aut maris, aceti circiter tertiam partem igne moderato evoca, quam separatim reserva, auctiori vero igne spiritum aceti acerrimum elice, cavendo tamen ne ad siccitatem usque proliciendo, distillatus liquor empireumatico odore inficiatur.

ACETUM SCYLLITICUM

℞. Lamellarum scyllæ corde & corticibus abjectis filo trajectarum in umbra siccatarum & incisarum . . *lib: semis*

Aceti vini acerrimi . . . . *lib: quinque*

Insolentur per dies circiter quadraginta in vase angusti orificii, optimè clauso, tum exprimantur & abjectis fæcibus, acetum colatum reponatur ad usum.

ACETUM ANTI-PESTILENTIALE

℞. Aceti vini acerrimi . . . . . . *lib: quatuor*

Foliorum absinthii

Rutæ

Lavendulæ

Scordii
Menthæ
Angelicæ . . . *ana man: unum & semis.*
Per triduum super cineres calidos aut radiis solaribus macerentur, fiat tunc expressio fortis in quâ dissolve
Camphoræ . . . . *unciam unam*
Liquor in phialâ probé obturatâ servetur usui.

AQUA PROPHYLACTICA.

℞. Nucum iuglandium immaturarum concisarum *lib: duas*
Pomorum citriorum recentium itidem concisorum *lib: unam*
Foliorum Rutæ . . . . *uncias quatuor*
Melissæ . .
Scabiosæ
Florum calendulæ
Radicum petasitidis *ana* . . . *uncias duas*
Zedoariæ
Angelicæ *ana* . . . . *unciam unam*
Contundantur simul deindè affunde
Aceti distillati . . . . . . *lib: XII.*
Digerantur per noctem & igne lento distillentur ferè ad siccitatem.

ACETUM ROSACEUM.

℞. Folior: rosar: rub: in umbrâ siccat: *libram semis*

Aceti vini . . . . *libras quinque*

Soli exponantur per dies quadraginta in vase angusti orificii optimè clauso, tum exprimantur & acetum colatum servetur usui

Sic paratur
Acetum sambucinum.

OXICRATUM.

℞. Aceti vini pint: I.
Aquæ fontanæ pint: VI. misc.

CLASSIS TERTIA

De Tincturis, Extractis & Elixiriis.

Tinctura est aliqua substantiæ portio, idoneo menstruo extracta, cum virtutis, colorisque concentratione.

Parùm differt ab extractis, nisi quod in his liquida expetatur consistentia.

Extractum vero est cujusdam rei essentia; beneficio menstrui idonei elicita (relictâ crassitie elementari) ad justam consistentiam inspissata: quoniam non parva inter res extrahendas est differentia, cum hæ vel resinosæ, oleosæ; viscosæ aut terreæ sint, ita quoque non parum interest artifici, ut menstrui idonei selectionem probè calleat, quod nempè rebus extrahendis sit aptum.

Elixirium autem erit medicamentum, è variis speciebus menstruo idoneo, in liquoris formam extractum: parùm vel nil planè differt abs tincturis, dum etiam istud strictius loquendo, tinctura est admodùm composita.

TINCTURA CROCI.

℞. Croci . . . . *unciam unam*
Spiritus vini rectificati . . . . . . *libram semis*
Extrahatur suâ arte tinctura

TINCTURA CASTOREI.

℞. Castorei crassiusculè pulverati . . . *unciam unam*
Spiritus vini rectificati . . . . . *uncias octo*
Salis tartari . . . . *drachmam unam*
Digerantur per sex dies, liquor filtratus, usui reponatur.

TINCTURA SUCCINI.

℞. Succini flavi in pulverem tenuissimum redacti *uncias quatuor*

Spiritus vini rectificati . . . . *lib: unam*
Digerantur per dies aliquot ad succini solutionem; filtratum liquorem usui serva.

TINCTVRA CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi optimi crassiusculè tusi . . *uncias duas*
Spiritus vini rectificati . . . . *uncias octo*
Extrahatur suâ arte tinctura

TINCTVRA GVMMI LACCÆ.

℞. Gummi laccæ . . . . *unciam semis*
Aluminis usti . . . . *drachmam unam*
Spiritus cochleariæ . . . . *uncias octo*

Phialæ ritè obturatæ inclusa digerantur in arenâ, donec tinctura rubicunda appareat.

TINCTVRA JALAPPÆ.

℞. Radicum jalappæ resinosarum . . . *uncias duas*
Ireos florentinæ
Cinnamomi *ana* . . . *drachmam unam*

Terantur crassiusculè & matracio impositis affunde
Spiritus vini . . . . *uncias quatuordecim*
Vase bene clauso, digerantur per dies octo aut amplius, liquor filtratus, reponatur ad usum.

TINCTVRA MYRRHÆ ET ALOES.

℞. Myrrhæ
Aloes *ana* . . . . *unciam unam*
Spiritus vini . . . . *lib: unam*

Digerantur ut artis est & liquor filtro-clarus servetur.

TINCTVRA ROSARVM RVBRARVM.

℞. Rosarum rubrarum siccatarum . . . *unciam unam*

Aquæ bullientis . . . . *lib. duas.*
Infundantur per sex horas irrorando
Spiritus vitrioli . . . . *guttis triginta.*
Quæ pro libitu medici sacchari albi *unciis duabus.*
Edulcarabitur.

Eodem modo extrahetur.

Tinctura florum papaveris rheados

Sine tamen ulla acidi additione.

TINCTURA AMBRÆ GRISEÆ.

℞. Ambræ griseæ . . . . *drachmam semis*
Moschi orientalis . . . . *grana quindecim*
Sacchari canti . . . . *drachmam unam*
Horum fiat pulvis, cui affunde
Spiritus vini . . . . *uncias quatuor*

Digerantur in vase ritè clauso donec liquor probè saturatus appareat

TINCTURA BENZOINI SEU LAC VIRGINALE.

℞. Benzoes optimæ . . . . *drachmas sex*
Stiracis calamitæ . . . . *unciam semis*
Moschi orientalis . . . . *grana tria*
Leviter contundantur & vasi vitreo impositis affunde
Spiritus vini rectificati . . . . *lib. semis*

Et vase ritè clauso digerantur donec liquor probè tinctus evadat, quem filtro-clarum in lagenâ subere & vesicâ clausâ, conserva

TINCTURA ABSINTHII COMPOSITA.

℞. Summitatum absinthii floridarum . . . *M. sex*
Centaurei minoris
Cardui benedicti . . . . *ana M. unum*
Radicum calami aromatici
Zedoariæ . . . . *ana unciam unam*

R

Corticum arantiorum
Citri . . . . *ana drachmas duas*
Cinnamomi . . . . *unciam semis*
Caryophillorum . . . . *drachmam unam*
Spiritus vini . . . . *lib: tres*

Infundantur & macerentur per quindecim dies, tunc liquor filtratus reponatur ad usum

TINCTURA BEZOARDICA.

℞. Radicum enulæ campanæ
Angelicæ
Zedoariæ

Serpentariæ virginianæ *ana unciam unam & semis*

Croci optimi . . . . *unciam unam*

Myrrhæ

Cinnamomi

Corticum citri siccatarum . . *ana drachmas sex*
Foliorum scordii
Rutæ . . . . . *ana M. semis*

Theriacæ andromachi . . . *uncias tres*

Opii Thebaici . . . . *drachmas duas*

Spiritus tartari rectificati . . *uncias quindecim*
Vitrioli . . . . .
Baccarum sambuci
Juniperi rectificator: *ana lib: unam & semis*

Digerantur secundum artem & liquori filtrato, adde

salis succini . . . . *drachmam unam*

Camphoræ . . . . *drachmas duas*

Iterùm digerantur & liquor ad usum servetur.

TINCTURA HYSTERICA.

℞. Radicum bryoniæ siccatarum,

Baccarum sambuci maturarum, lento furni calore exsiccatarum . . . . *ana uncias duas*

Foliorum arthemisiæ
Dictamni cretici
Matricariæ
Nepethæ
Ocymi
Pulegii
Rutæ
Sabinæ . . . . *ana unciam semissem*
Corticum arantiorum siccatarum, . . *unciam unam & semis*
Myrrhæ
Castorei . . . . *ana drachmas tres*
Croci . . . . *drachmam unam*

Omnia ritè contusa & incisa macerentur per octiduum in
Spiritus vini . . . . *libris quatuor*
Deindè per setaceum densissimum colentur.

TINCTURA OPII ANODINA.

℞. Opii Thebaici . . . . *unciam unam*
Croci . . . . *drachmas duas*
Cinnamomi
Caryophillorum
Macis
Nucis moscatæ . . . . *ana drachmam semis*
Salis tartari . . . . *drachmam unam*
Spiritus vini . . . . *lib. unam*

Digerantur per dies aliquot, dein probè saturatus & filtro-clarus liquor reponatur ad usum.



DE ELIXIRIIS.

ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI.

℞. Croci britannici
Myrrhæ electæ
Aloes soccotorinæ
Spiritus sulphuris per campanam . . *ana unciam semis*
Spiritus vini . . . . *uncias quatuor*
Digerantur per octiduum, tunc liquor saturatus & filtro clarus servetur ad usum

Parabitur etiam absque acido, dempto spiritu sulphuris, & substituendo ejus in loco liquoris tartari per deliquium . . . . *unciam semis*

ELIXIR STOMACHALE.

℞. Lignorum santalorum, rubri
nigri . . . *ana unciam semis*
Cinnamomi . . . . *uncias duas*
Cardamomi minoris
Galangæ minoris
Caryophillorum
Zedoariæ . . . . *ana drachmam unam*
Seminum anisi
Fœniculi
Granorum kermes
Lapidis prunellæ . . . . *ana drachmas duas*
Radicum liquiritiæ recentium
Terræ japonicæ . . . . *ana unciam unum*
Passularum mundatarum . . . . . *uncias duas*
Dactilos . . . . *numero decem*
Omnibus ritè contusis & incisis affunde
Spiritus vini . . . . *lib. quinque*
Post debitam digestionem liquor filtro-clarus &
Sacchari albissimi . . . . *libr. una.*
Edulcoratus servetur usui

ELIXIR AMARUM.

℞. Fructuum arantiorum immatur. parum siccator. *uncias duas*
Spiritus vini . . . . *lib. unam*
Coccinellæ
Croci . . . *ana* . . . . . *drachmam semis*
Radic: gentianæ . . . . *drachmas duas*
Crassiusculè contusa infundantur per tot dies donec liquor saturatus satis appareat, qui filtratus servetur.



DE EXTRACTIS.

EXTRACTUM ABSINTHII.

℞. Succi absinthii depurati . . . . *qv.*
Evaporetur in vase vitreato ad mellis spissitudinem

Eo modo parabuntur.

Extracta rutæ
Cardui benedicti
Centaurei minoris

EXTRACTUM GENTIANÆ.

℞. Radicum gentianæ . . . . *lib: duas*

Coquantur in aquæ pluviatilis . . . . . . *lib. octo*

Ad mollitiem, liquor expressus ad mellis consistentiam evaporetur

Eâdem methodo parabuntur

Extracta baccarum juniperi
Radicum hellebori nigri
Baccarum sambuci

EXTRACTUM RHABARBARI.

℞. Rhabarbari electi minutim incisi . . . *uncias quatuor*

Aquæ pluvialis ferventis . . . . *libr: tres*

Infundantur per horas viginti quatuor in vase vitreato, tunc exprimendo colentur & magmati residuo affunde denuo
Aquæ ferventis . . . . *uncias decem*

Iterum macerentur per diem alterum, deindè exprimantur & colentur; tincturas commixtas igne satis lento ad extracti formam evapora.

EXTRACTUM CROCI.

℞. Croci optimi & incisi . . . . . *unciam semis*
Aquæ pluvialis . . . . *uncias sex*

Infundantur in vase vitreo optimè clauso per tres quatuor ve dies, aquam tinctam decanta; croco autem residuo eandem aquæ quantitatem super-affunde, iterumque macerentur & id toties repete, donec tincturam dare neget, tincturas omnes confunde, cola, & balnei calore ad extracti liquidioris consistentiam evapora.

EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANÆ.

℞. Corticum peruvianarum pulverisatarum *lib: unam & mediam*
Bulliant in vase terreo vitreato, cum
Aquæ pluvialis . . . . *lib: duodecim*

Ad mediæ partis comsumptionem, tunc fortiter exprimantur, magma autem in
Vini rubri . . . . *lib: octo*

Per semi-horam iterum bulliat & factâ novâ forti expressione, expressa confundantur & per manicam hyppocratis trajiciantur, liquor clarus in balneo maris ad extracti consistentiam evaporetur, sub finem cammiscendo syrupi granorum kermes . . . . *uncias quatuor*

Et fiat secundem artem extractum.

EXTRACTUM OPII.

℞. Opii nitidi minutim incisi . . . *uncias quatuor*

Aquæ pluvialis . . . . *lib: duas & semis*

Indantur vasi terreo vitreato & in arenâ collocato, igne primum lento, qui gradatim augeatur donec liquor bulliat per duas horas, quibus elapsis calidè coletur & in simili vase evaporetur ad mellis consistentiam, magma vero ab extractione resi-

duum leni calore exſiccetur ac in vini ſpiritu rectificato ad quatuor digitorum eminentiam affuſo per duodecim horas infundatur, dein liquor filtretur & cum precedenti confuſus inſpiſſetur, donec ex eo pilulæ efformari poſſint.

LAUDANUM OPIATUM.

℞. Extracti opii ſupra deſcripti . . . . . *unciam unam*

Croci . . . . *unciam ſemis*

Leni balnei calore diſſolvantur, quibus adde caſtorei ſubtiliſſimè pulverati . . . . *drachmam unam*

Miſceantur & agitentur donec ferè refrixerint, tum additis

Oleorum ſtillatitiorum cinnamomi . . . *guttis duabus*
Caryophillorum
Nucis moſcatæ
Macis . . *ana* . *guttis tribus*

Malaxentur & extractum veſicâ incluſum uſui reponatur.

EXTRACTUM ECPHRACTICUM.

℞. Ligni aloes
Galangæ
Caryophillorum . . . *ana* . . . *unciam ſemis*
Cinnamomi
Gentianæ

Corticum Winterani . *ana* . . . *unciam unam*

Radicum raphani ruſticani . . . . . *uncias duas*

Foliorum calamintæ montanæ
Pulegii
Abſinthii . . . *ana* . . . *M. unum*

Martis cum ſulphure præparati . . . *uncias octo*

Vini albi

Decocti tartari albi . . . *ana* . . . *lib: duas & ſemis*

Macerentur ſecundum artem

Colatura ex balneo arenæ ad debitam conſiſtentiam evapo-

retur, sub finem addendo

Aloes pulverisatæ . . . . *unciam unam*

Myrrhæ electæ . . . . *drachmas duas*

Fiat extractum ut artis est

EXTRACTUM CATHOLICUM.

℞. Foliorum sennæ mundatorum . . . *unciam unam*

Radicum hellebori nigri
Agarici albi & levis
Rhabarbari electi
Pulpæ colocynthidis. . . *ana.* . . . *unciam semis*

Incidantur & contundantur, macerenturque in cucurbitâ terreâ vitreatâ, probè cooperta mediante arenâ calente per duos tresve dies in aquæ pluvialis . . . . *lib: tribus*

Exin bulliant leviter, colentur & fortiter exprimantur, magmati autem residuo affunde
Spiritus vini . . . . *lib: duas*

Per horas 24. nova fiat maceratio, tunc forti expressione factâ, duo liquores confundantur & ad extracti consistentiam evaporentur, sub finem adijciendo

Aloes lucidæ pulverisatæ . . . . *drachmas sex*
Ab igne semotis cum tantis-per refrixerint misce
Scammonii tenuissimè pulver . . . . *drachmas sex*

Extracti croci . . . . *scrupulum semis*
Tunc aromatisentur
Oleorum stillatitiorum cinnamomi
Caryophillorum
Anisi *ana* . . . *guttis duabus*

Aliquandiu malaxata & in vesicâ bubulâ iisdem oleis oblinitâ reponantur usui.

EXTRACTUM COCHIÆ.

℞. Specierum hieræ picræ simplicis . . . *drachmas decem*
Pulpæ colocynthidis . . *drachmas tres & scrupul. unum*
Turbith gummosi

Stœcados arabicæ . . . *ana* . . . *drachmas quinque*
Omnia contusa infundantur per biduum in
Aquæ pluvialis . . . . *lib: duabus*
Additis, salis tartari . . . . *drachmis duabus*
Tum post levem ebullitionem exprimantur & magmati residuo affunde
Spiritus vini . . . . *lib: unam*
Per totidem tempus macerentur, dein fortiter exprimantur, expressionibusque confusis, fiat evaporatio: cui ferè ad extracti consistentiam & refrigerati adde scammonii sulphurati & pulverisati . . . . *drachmas duas & semis*
Fiat que extractum.

EXTRACTUM VULNERARIUM SEU LAPIS FILICIS.

℞. Succi baccarum sambuci maturarum
Radicum filicis maris debito tempore collect:

Aquæ fontanæ . . *ana* . . . *lib: duas*

In pelvim aurichalceam non stanno obductum super ignem immitte & cum bullire inceperint iniice

Lithargyrii aurei præparati . . . . *unciam unam & semis*

Cranii humani pulverisati . . . . *unciam semis*
His ritè mixtis adjice
Vini burgundici . . . . *lib: duas*
Axungiæ humanæ

Boli armenæ . . . *ana* . . . *drachmas sex*
Et cum per semi horam bullierint, adde
Cremoris tartari . . . . *unciam semis*
Vitrioli Romani ad albedinem calcinati *unciam unam*

Diligenter spatulà ligneà agitentur donec inspissari incipiant tum affunde

Spiritus vini . . . . *lib: duas*
Gummi arabici
Tragaganthi pulveratorum . . *ana drachmas sex*

Sanguinis draconis . . . . *unciam unam*
Omnia benè mixta & incorporata spatulà continuo Agitando coquantur ad extracti solidioris consistentiam de quo formentur tabellæ vel globuli

RESINA JALAPPÆ.

℞. Radicum Jalappæ resinosarum & contusarum *lib: unam*

Spiritus vini . . . . *lib: quatuor*

Per tres quatuorve dies macerentur, tunc per telam cannabinam, veloci torculari exprimantur & cucurbitæ vitreæ capitello munitæ impositis, moderato calore duæ partes distillentur; materiam in cucurbitâ relictam in vas satis amplum aquâ frigidâ plenum injice, illico præcipitabitur resina ab aquâ per decantationem separanda & moderato calore exsiccanda



CLASSIS QUARTA.

De Syrupis & Mellitis.

Syrupus est Medicamentum liquidum è quâvis decoctione, succo aut infusione cum saccharo melleve ad justam consistentiam redactum.

Advertendum tamen quod non omnium sit eadem præparatio, sed secundum ingredientium naturam & variam constitutionem, etiam variandam esse præparationem.

Mellitum autem est species syrupi, cui loco sacchari, mel substituitur, quocum ad syrupi consistentiam percoquitur: vel est succus simplex mellis saporem æmulans, atquè ad ejusmodi consistentiam inspissatus, ut mel anacardinum, passulatum &c. quorum decoctio colata ad mellis spissitudinem evaporatur.

SYRUPUS CARDUI BENEDICTI.

℞. Succi cardui benedicti igne defæcati.
Sacchari albi . . . . *ana lib: tres*
Succus, ovi albumine clarificetur & in syrupum coquatur.

Eâdem methodo ac proportione parantur

Syrupus hederæ terrestris
Fumariæ
Cichorii simplicis

SYRUPUS DE SUCCO CITRI.

℞. Succi citri per subsidentiam depurati . . *lib: unam*

Sacchari albi clarificati & ad tabellarum consistenti am
Cocti . . . . *lib: duas*

Misceantur in vase fictili agitando in syrupum

Eodem modo parantur

Syrupus rebesiorum
Granatorum
Berberis
Rubi idei
Limonum
Cerasorum nigrorum
Mororum

SYRUPUS CYDONIORUM.

℞. Succi cydoniorum depurati

Sacchari albi . . . *ana* . . . . . *lib: tres*

In vase fictili vitreato, lento igne ad syrupi consistentiam coquantur.

SYRUPUS VIOLARUM

℞. Florum violarum recentium à calicibus mundatorum & Contusorum . . . . , . . *lib: unam*

Aquæ ferventis . . . . *lib: duas*

Arctè claude in ollâ vitreatâ novâ per integrum diem, dein colaturæ fortiter expressæ & ponderatæ, adde sacchari albi pulverisati duplum, & solâ sacchari dissolutione in maris balneo redigantur in syrupum.

SYRUPUS FLORUM TUSSILAGINIS.

℞. Florum farfaræ recentium . . . . . *lib: tres*

Aquæ communis ferventis . . . . . *lib: duodecim*

Infundantur per noctem & mane factà unà aut alterà ebullitione exprimantur, reiteretur que infusio pari florum quantitate ac temporis spatio, fiatque iterum expressio fortis in quà dissolve.

Sacchari albi . . . . *lib: tres*

Clarificentur & in syrupum percoquantur

SYRUPUS PAPAVERIS RHEADOS.

℞. Florum papaveris rheados recentium *lib: unam*

Aquæ calentis . . . . *lib: quatuor*

Maceratis per octo horas & expressis, nova fiat florum recentium infusio ut supra, factaque forti expressione & additis sacchari albi . . . . *lib: quatuor*

Clarificata coquantur in syrupum.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

℞. Capitum papaveris albi siccatorum rejectis seminibus, ... *lib: unam*

Infunde & macera per 24. horas in

Aquæ pluvialis bullientis . . . . . . *lib: quatuor*

Coquantur donec marcescant, dein fortiter exprimantur & expressioni clarificatæ, adde

Sacchari albi . . . . *lib: duas*

Percoquantur in syrupum

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

℞. Capillorum veneris recentium . . . . *uncias sex*

Aquæ bullientis . . . . *lib: quatuor*

Infundantur per duodecim horas, dein exprimantur & addito sacchari albi pondere æquali, clarificata coque in syrupum.

SYRUPUS DE ROSIS SICCIS.

℞. Florum rosarum rubrarum siccatarum . . *lib: semissem*

Aquæ ferventis . . . . *lib: quatuor*

Macerentur per horas 24. tum ferve-fiant & exprimantur, expressionique adde

Sacchari albi . . . . *lib: duas*

Clarificata lento igne coquantur in syrupum.

SYRUPUS ROSARUM PALLIDARUM.

℞. Succi rosarum pallidarum defæcati

Sacchari albi *ana* . . . . *partes æquales*

Clarificentur & in syrupum percoquantur

SIRUPUS ROSARUM CUM SENNA ET AGARICO

℞. Foliorum sennæ mundatorum . . . . *uncias quatuor*

Agarici electi & incisi . . . . *uncias duas*

Zingiberis, Anisi

Tartari solubilis, contusorum . . . *ana uncias mediam*

Succi rosarum pallidarum depurati . . *lib: octo*

Infundantur tepidè horis 24. in vase fictili cooperto, dein leviter ebulliant, colentur & exprimantur, liquor expressus ovi albumine clarificatus, adjectis

Sacchari albi . . . . *lib: quatuor*

Coquatur in syrupum

SYRUPUS DE CICHORIO COMPOSITUS.

℞. Hordei integri

Radicum apij

Fæniculi

Asparagi . . . . . . *ana uncias duas*

Herbarum cichorii . . . . *M. tres*
Endiviæ domesticæ
Sylvestris
Taraxaci . . . . . . *ana M. duos*
Cicerbitæ
Fumariæ
Polytrici
Asplenii
Salviæ vitæ

Summitatum lupuli . . . . . *ana M. unum*

Fructuum alkekengi recentium

Radicis liquiritiæ . . . . . *ana drachmas sex*

Aquæ fontis . . . . *lib: duodecim*

Coquantur ordine debito. . . . . *ad libras octo* .

In colatura clarificata dissolve

Sacchari albi . . . . *lib: sex* .
Coquantur in syrupum

SYRUPUS DE CICHOREO TRIPLICATO RHEO.

℞. Rhabarbari optimi incisi . . . . *uncias sex*
Junci odorati
Cinnamomi . . . . *ana drachmas duas*

Infundantur calidè per noctem, in
Aquæ cichorii stillatitiæ . . . . . *lib: sex*

Exprimantur, & expressum cum syrupi de cichorio compositi . . . . *lib: quatuor*
Evaporetur in syrupi consistentiam

SYRUPUS DE RHAMNO CATHARTICO.

℞. Succi è baccis rhamni cathartici expressi & depurati *lib: sex*

Sacchari albi . . . . *lib: quatuor* .

Premissa clarificatione coquantur igne moderato in syrupum, olei caryophillorum guttis quatuor saccharo exceptis, condiendum.

SYRUPUS FLORUM PERSICORUM.

℞. Florum & ſummitatum germinantium & recentium perſicorum . . . . *lib: unam*

Contundantur & macerentur horis duodecim in
Aquæ calentis . . . . *lib: unâ*

Poſtea exprimantur & colaturam ovi albumine clarificatam, adjectâ

Sacchari albi . . . . *lib: unâ*
Coque in ſyrupum

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS.

℞. Radicum apii
Aſparagi
Fœniculi
Petroſelini
Bruſci, recentium . . . *ana uncias quatuor*

Coquantur in aquæ communis . . *lib: octo*

Ad tertiæ partis conſumptionem, expreſſioni & colaturæ adde
Sacchari albi . . . . *lib: quatuor*

Clarificata percoquantur in ſyrupum.

SYRUPUS DE ALTHEA.

℞. Radicum altheæ recentium . . . *uncias duas*

Cicerum rubeorum . . . . *unciam unam*
Radicum aſparagi
Glycyrrhiſæ raſæ
Graminis
Vuarum paſſarum exacinatarum . . *ana unciam ſemis*
Summitatum altheæ
Adianthi utriuſque
Maluæ
Parietariæ
Pimpinellæ
Plantaginis . . . . *ana M. unum*

Seminum quatuor frigidorum majorum
. . Minorum contusorum
ana . . . . *drachmas tres*
Coquantur in aquæ communis . . *lib: decem*
Ad tertiæ partis consumptionem, tunc colatura clarificata cum
Sacchari albi . . . . *lib: quatuor*
Coquatur in syrupum

SYRUPUS DE HYSSOPO.

℞. Hyssopi mediocriter siccati
Radicum apii
Fœniculi
Ireos florentinæ
Liquiritiæ *ana* . . . *drachmas decem*
Hordei integri . . . . *unciam unam*
Seminum maluæ
Bombacis
Cydoniorum *ana* . . . *drachmas tres*
Capillorum veneris . . . . . . *drachmas sex*
Ficuum pinguium
Jujubarum . . . *ana* . . . *paria quindecim*
Passularum exacinatarum . . . . *unciam semissem*
Bulliant suo quo debent ordine ex aquæ fontis *lib: sex*
Ad medias, expresso tepefacto adde
Sacchari albi . . . . *lib: tres*
Clarificentur & coquantur in syrupum

SYRUPUS DE ERYSIMO.

℞. Erysimi totius recentis . . . . *M. sex*
Radicum helenii
Tussilaginis recentium
Liquiritiæ rasæ & contusæ

Passularum exacinatarum
Hordei integri . . *ana* . . . . *uncias duas*
Herbarum borraginis
Cichorei
Capillorum veneris *ana* . *M. unum & semis*
Florum cordialium
Anthos
Stœcados . *ana* . . . . *M. semis*

Seminum anisi . . . . *drachmas sex*
Incisa & contusa coquantur ex
Aquæ communis . . . . *lib: octo*

Ad medias, postea, exprimantur & colaturæ expressæ adde
succi erysimi . . . . *uncias octo*

Sacchari albi . . . . *lib: tres*

Clarificentur, addendo
Mellis despumati . . . . *lib: unam*
Reducantur igne moderato in syrupi consistentiam

SYRUPUS DE SYMPHITO.

℞. Succorum symphiti majoris
Bugulæ, contusione & expressione

Extractorum *ana* . . . . . . *uncias novem*
Betonicæ.
Pimpinellæ minoris
Plantaginis minoris
Polygoni
Scabiosæ
Tussilaginis
Rosarum rubrarum eâdem arte

Extractorum *ana* . . . . *uncias sex*

Hi succi simul mixti ignis beneficio expurgentur, in quibus infunde per duodecim horas
Radicum symphiti majoris
Bugulæ minutim incisarum *ana unciam unam & semis*

Deindè bulliant per horæ quadrantem & exprimendo colentur, inque colatura dissolve

Sacchari albi . . . . *lib: quatuor*
Clarificata coquantur in syrupum

SYRUPUS DE SCORDIO.

℞. Foliorum ſcordii . . . . *M. duos*
Endiviæ
Borraginis
Acetoſæ
Cicerbitæ
Florum nymphææ recentium . . . *ana M unum*
Bugloſſi
Roſarum rubrarum . . . *ana pugillum unum*

Seminum citri . . . . *drachmas ſex*

Coquantur in aquæ hordei . . . *lib: quatuor*
Colaturæ adde ſucci ſcordii depurati *lib: tres*
Clarificatis adde

Sacchari albi . . . . *lib: quinque*
Intercoquendum camphoræ nodulo incluſæ *drachmam ſemis*
Fiat ut artis eſt ſyrupus

SYRUPUS JUJUBARUM.

℞. Jujubas recentes . . . . *N.° LX.*
Hordei mundati

Liquiritiæ raſæ . .

Capillorum veneris . . . . . . *ana unciam unam*

Violarum recentium . . . . *M. unum*
Seminum malvæ , Melonis
Cydoniorum
Papaveris albi . . . .
Lactucæ . , ... *ana drachmas tres*

Coquantur ex arte in

Aquæ communis . . . . *lib: ſex*
Colentur & cum albumine clarificentur, addendo
Sacchari albi . . . . *lib: tres*
Coquantur in ſyrupum

SYRUPUS MYRTHINUS.

℞. Baccarum myrthi . . . . *unciam unam & ſemis*

Mespillorum immaturorum & recentium *uncias tres*
Seminum sumach
Fructuum berberis recentium
Ligni santali citrini
Rubri
Florum Balaustiorum
Rosarum rubrarum . . . . . *ana drachmas sex*
Omnia contusa debito ordine coquantur in vase fictili ex
Aquæ communis . . . . *lib: sex*
Ad tertias, addendo sub finem
Succi ribesiorum defæcati
Cydoniorum . . *ana lib: unam*

Factâ iterum unâ aut alterâ ebullitione validè exprimantur & cum
Sacchari albi . . . . *lib: tribus*
Clarificata coquantur in syrupum

SYRUPUS DE NYMPHEA.

℞. Florum nympheæ recentium & à folliculis luteis mundatorum . . . . *lib: semis*

Florum violarum recenter siccatorum *uncias duas*
Foliorum lactucæ . . . . *manip. duos*
Seminum ejusdem
Portulacæ
Cucurbitæ contusorum . . *ana unciam semis*

Coquantur in aquæ communis . . . *lib: quatuor*

Dum tres supersint, deindè expresso adde

Sacchari albi . . . . *lib: tres & semis*

Simul clarificentur & coquantur in syrupi consistentiam, sub finem coctionis adijce

Aquæ rosarum stillatitiæ . . . . . *lib: mediam*

Et fiat syrupus.

SYRUPUS DE POEONIA.

℞. Radicum pœoniæ maris recentium

Rasuræ ligni sancti . . . . *ana ... uncias duas*
Buxi
Visci quercini . . . *ana ... unciam unam*
Seminum pœoniæ maris . . . . *unciam mediam*
Herbarum betonicæ
Galegæ
Verbenæ . *ana* . . *M. unum*
Hyssopi, recentium . . *M. semis*
Florum lavendulæ . . . . *P. tres*
Rorismarini
Stæcados . . . . . . *ana ... P. unum*
Primo rasuræ guaiaci, buxi & viscus quercinus contusus infundantur per horas 24. in
Aquæ communis . . . . *lib. octo*
Coquantur donec quinque supersint, tum ceteris suo ordine adjectis bulliant ad medias, quibus expressis adde
Sacchari albi . . . . *lib. tres*

Clarificata coquantur in syrupum igne lento.

SYRUPUS DE PRASSIO.

℞. Prassii recentis . . . . *uncias duas*

Glycirrhysæ . . . . *unciam unam*

Capillorum veneris

Hyssopi parum sicci . . . . . *ana ... drachmas sex*

Calaminthæ

Anisi

Radicum apii

Fœniculi . . . . . . *ana ... drachmas sex*
Ireos florentinæ
Seminum malvæ
Fœnugræci . . . . . . *ana ... drachmas tres*
Lini
Cydoniorum . . . . . *ana ... drachmas duas*

Passularum exacinatarum . . . . *uncias quinque*

Caricas pingues . . . . *No. XVI.*

Coquantur ordine debito, in

Aquæ communis. . . . . *lib. decem*
Ad dimidias, expressioni clarificatæ adde
Sacchari albi
Mellis despumati . . . . *ana ... lib. duas*
Fiat syrupus ut artis est.

SYRUPUS FLORUM TUNICARUM.

℞. Florum tunicæ purpureorum & mundator: *lib. duas*

His affunde aquæ communis

Vini rubri generosi . . . . . *ana ... lib. quatuor*

Macerentur calidè per 12. horas, tum post levem ebullitionem, colentur & exprimantur, novorumque paris quantitatis florum in expressione fiat infusio ut prius, leviter iterum bulliant, colentur & exprimantur, liquorque cum

Sacchari albi . . . . *lib. sex*

Charificatus, igne lento coquatur in syrupum, sub finem additis cinnamomi, caryophillorum. . . *ana ... drachmis duabus*

SYRUPUS FEBRIFUGUS.

℞. Corticum peruvianarum contusarum *unciam unam*

Vini rubri

Aquæ fontanæ . . . . *ana ... lib. unam*

Bulliant ad medias & colaturæ filtro-claræ, adjice

Sacchari albi . . . . *uncias octo*

Fiatque syrupus.

SYRUPUS DE POMIS COMPOSITUS.

℞. Succi pomorum redolentium . *lib. quatuor*
Borraginis
Buglossi depuratorum . . *ana ... libras duas*

Folliculorum sennæ orientalis incisorum *uncias quatuor*

Tartari albi, crudi & contusi . *uncias duas*

Seminum anisi . . , ... *unciam mediam*

Macerentur simul horis 24. super calidos cineres in vase fictili vitreato cooperto, deindè post levem ebullitionem, colentur & exprimantur & liquor ovi albumine cum

Sacchari albi . . . . *lib. quatuor*

Clarificetur & igne moderato coquatur in syrupum, cui perfectius cocto & refrigerato permisceatur tinctura *drachmarum duarum*, croci subtiliter pulverisati in aquæ melissæ *unciis tribus* extracta

SYRUPUS DE ABSINTHIO.

℞. Foliorum absinthii vulgaris . . *uncias octo*

Rosarum rubrarum . . . . . . *uncias duas*

Spicæ indicæ . . . . *drachmas tres*

Vini veteris optimi

Succi cydoniorum . . . . . . *ana ... lib. tres & semis*

Sacchari albi . . . . *lib. tres*

Omnibus incisis & cucurbitæ vitreæ vel terreæ immixtis [excepto saccharo] affundantur vinum & succus cydoniorum & factâ per 24. horas infusione distillentur in arenâ, donec liquoris *unciæ sex* vel circiter prolectæ sint, quæ cum sacchari albi pondere duplici solâ sacchari dissolutione reducantur in syrupum, species vero in cucurbitâ relictæ, coquantur in vase terreo per horæ quadrantem, tum fortiter exprimantur; expressum albumine ovi clarificatum cum sacchari parte reliquâ igne moderato percoquatur in syrupum dum refrixerit, priori immiscendum

SYRUPUS DE ARTHEMISIA

℞. Foliorum arthemisiæ recentium . *M. quatuor*

Incisa & contusa infundantur per 12. horas, in
Aquæ ejusdem stillatitiæ . . . . *lib. quatuor*
Dein bulliant ad quartæ partis consumptionem, coletur decoctum cum expressione forti & colatura cum sacchari albi . . . . *lib. duabus*
Clarificetur & coquatur in syrupum, sub finem coctionis, adde sequentia nodulo inclusa
Salis arthemisiæ . . . . *unciam semis*
Cinnamomi electi crassiusculè tusi *drachmas tres*
Spicæ nardi indicæ incisæ
Castorei . . . . , ... *aua ... drachmam unam*
Fiat ex arte syrupus .

SYRUPUS DE BETONICA.

℞. Succi betonicæ . . . . *lib. quatuor*
Cui immerge

Foliorum betonicæ minutim incisorum *lib. unam*

Macerentur in cucurbitâ vitreâ aut terreâ, tum instituatur distillatio, & ex balneo maris succi odorati *libram unam* evoca, residuum in cucurbitæ fundo fortiter exprime, expressum ovi albumine additis . . .

Sacchari albi . . . . *lib. duabus*

Clarifica, & in tabellarum consistentiam percoque, cui demum liquorem destillatum adjice solâque dissolutione confice syrupum.

SYRUPUS DE CORTICE CITRI.

℞. Flavedinis corticum citri . . . *lib. unam*

Vini generosi . . . . *lib. unam & semis*

Post unius vel alterius diei digestionem fiat abstractio in maris balneo juncturis ritè clausis ad lacteæ aquæ exitus finem;

Cortices in cucurbitâ relicti coquantur in

Aquæ communis . . . . . : *lib. duabus*

Ad unius remanentiam, decoctum clarificatum cum

Sacchari albi . , ... *lib. duabus*

Coquatur in tabellarum conſiſtentiam, cui ſuperioris aquæ ſpirituoſæ quantitas ſufficiens addatur, & ſolà diſſolutione, juſtæ conſiſtentiæ paretur ſyrupus, ſub finem addendo
Syrupi granorum kermes . . *unciam unam*

SYRUPUS DE MENTHA

℞. Menthæ romanæ floreſcentis recenter collect: & incis: *lib.unam*

Cinnamomi

Nucis moſcatæ contuſorum . . *ana ... drachmam unam*

Decocti ex alià menthæ quantitate vaſe clauſo facti & ſatis impregnati . . . . *lib. quinque*

Infundantur per horas 24. vaſe ritè tecto, poſtea diſtillentur, & liquoris *libra una* aut circiter eliciatur, quæ cum ſacchari albi pondere duplici, ſolà ejus diſſolutione reducatur in ſyrupum, in cucurbità reſiduum exprime & liquorem ſerva, tandem in

Succorum cydoniorum

Ribeſiorum . . . *ana .. lib. unâ & ſemis*

Infunde per noctem

Roſarum rubrarum. . . . . *uncias duas*

Mane factà ebullitione colentur & colaturæ adde liquorem à diſtillatione ſuperiori reſiduum, quibus adijce
Sacchari albi . . . . *lib. tres & ſemis*
Clarificata coquantur in ſyrupum, cum refrixerit, priori etiam refrigerato immiſcendum

SYRUPUS DE STOECADE

℞. Florum ſtœcados arabicæ . . *uncias quatuor*
Foliorum thymi

Calaminthæ

Origani . . . . . . *ana ... unciam unam & ſemis*
Salviæ
Betonicæ

Florum roriſmarini . . . . *ana ... unciam ſemis*

Seminum rutæ

Pœoniæ maris

Fœniculi . . . . *ana ... drachmas tres*

Incisa & contusa macerentur per horas 24. in aquæ fontanæ . . . . *lib: decem*

Indè leni arenæ calore per distillationem eliciantur liquoris unciæ quatuordecim, in quibus per totidem tempus iterum infundantur

Cinnamomi

Zinziberis

Calami aromatici . . . . *ana ... drachmas duas*

Remanentia prima exprimatur & expressio additis

Sacchari albi . . . . . . *lib: quatuor*
Clarificetur, debitamque in consistentiam coquatur, sub coctionis finem addendo filtratam aromatum infusionem & fiat syrupus

SYRUPUS CORALLORUM.

℞. Corallorum rubrorum pulverisatorum *uncias quatuor*

Succi berberis defæcati vel ribesiorum *lib: tres*

Digerantur calidè in matracio satis amplo per duos dies, liquor deindè filtretur & cum pari sacchari albi pondere, fiat ex arte syrupus.

SYRUPUS DE STIBIO.

℞. Vitri antimonii subtiliter pulverati *unciam unam*

Vini albi generosi . . . . *lib: unam & semis*

Infundantur in vase vitreo per tres quatuorve dies, sæpius agitando & in liquore filtrato dissolve

Sacchari albi . . . . . . *lib: unam & semis*
fiatque syrupus



DE MELLITIS.

MEL DESPUMATUM.

℞. Mellis optimi . . . . . *q: v:*

Indatur vasi idoneo lentum ad ignem collocato, donec, per se spumescat, tum ab igne semotum ad bullarum resolutionem tantisper quiescat permitte, spumisque abjectis servetur ad usum.

OXIMEL SIMPLEX.

℞. Mellis despumati . . . . *lib: duas*

Aceti vini acerrimi . . . *lib: unam*

Igne lento coquantur in vase fictili & in syrupi consistentiam redigantur.

OXIMEL SCYLLITICUM.

℞. Mellis despumati . . . *lib: duas*

Aceti scyllitici . . . . *lib: unam*

Coquantur in vase fictili igne lento in syrupi formam

MEL MERCURIALE.

℞. Succi mercurialis igne depurati

Mellis optimi & puri . . . *ana ... P. æqv.*
Bulliant tantisper, postea colentur & colatura despumata coquatur in syrupi consistentiam

eodem modo paratur.

Mel violatum

MEL ROSATUM.

℞. Foliorum rosarum rubrarum recentium . *lib: tres*

Aquæ bullientis . . . . *lib: duodecim*

Infundantur per 12. horas in vase terreo vitreato, colentur & exprimantur, & rejectis prioribus rosis, totidem recentes priori colaturæ infundantur, idque tertio repetatur, ultimæ colaturæ ponderatæ adde

Mellis parem quantitatem & factâ unicâ ebullitione colentur per manicam hippocratis, colatura coquatur in syrupi consistentiam

MEL ANTHOSATUM


℞, Summitatum rorismarini cum floribus in umbrâ siccatarum . . . . *lib: unam*

Macerentur parum in sufficienti quantitate aquæ, deindè cum

Mellis optimi despumati . . . . *lib: tribus*

Coquantur igne lento, & calentia adhuc linteo percolentur.





CLASSIS QUINTA.

De Rob, Conditis, Conservis & Gelatinis.

Rob est fructuum succus, ad consistentiam spissam, mellis instar inspissatus, quandoque ei & saccharum cum succo simul coquendum additur

Conditum vero nuncupatur, Medicamentum quod additione sivè sacchari, sivè mellis ad gratiam & conservationem aptum redditur

Conserva vocabitur vegetabile quodpiam scilicet minutissimè concisum aut contusum saccharoque permixtum; futuro usui medico asservatum

Gelatina autem vel galrêda est viscosa substantia mediante cocturâ ex partibus cartilaginosis osseisque excocta; quamvis gelatina & galreda reipsa inter se non multum differant, utpotè cum ambarum existentia vel consistentia, quoad externam formam viscosa & pullicida sit, quorumdam verò vestigia ut insequamur, qui solent illas secundum verba dividere, nos itidem illi quod ex animalium partibus excoquitur galredæ, alii autem succo mucaginoso cumque saccharo inspissato gelatinæ nomen imponimus

ROB CYDONIORUM.

℞. Succi cydoniorum . . . . . *lib: duodecim*


Coque in vase fictili vitreato lento igne ad remanentiam quatuor, tum adde

Sacchari albi pulverisati . . . . *lib: quatuor*

Et repetitâ coctione, fiat *S A. Rob:*

Simili modo parantur.

Rob sambuci
Juniperi




DE CONDITIS

CORTICES CITRIORUM CONDITI.

℞. Corticum citriorum recentium . . *lib: semissem*
Macerentur in aqua modice salsa per quindecim dies, deinde aqua communi abluantur ad omnem salsedinis sublationem, tum in
Novæ aquæ . . . . *q: s:*
Ad mollitiem coquantur, & in decocto dissolve
Sacchari albi . . . . *lib: unam*
Clarificatum & ad justam spissitudinem coctum, corticibus in vase idoneo collocatis affundatur post triduum, decantetur & denuo ad debitam consistentiam coquatur, idque toties repete, donec perfectam syrupi consistentiam nanciscatur.

Eodem modo condiuntur.

Cortices arantiorum
Radices enulæ campanæ
Angelicæ
Eringii
Omissâ tamen in aquâ salsâ maceratione



DE CONSERVIS

CONSERVA ABSINTHII,

℞. Summitatum floridarum absinthii . . . *lib semis*
Contundantur in mortario marmoreo sensim addendo
Sacchari pulverisati . . . . *lib: unam & semis*
Fiat conserva.

Eodem modo parantur

Conserva florum betonicæ
Calendulæ
Salviæ
Anthos

Hyssopi
Lavendulæ
Rosarum rubrarum
Summitatum melissæ &c.

CONSERVA ROSARUM PALLIDARUM.

℞. Rosarum pallidarum . . . . *lib: semis*

Contunde in mortario marmoreo addendo

Sacchari albi . . . . *lib. unam*
Fiat conserva

Eodem modo fit

Conserva violarum . . . . .

CONSERVA FLORUM TUNICÆ.

℞. Sacchari albi ad consistentiam tabellarum cocti *lib: unam*

Semi refrigerato, adde
Florum caryophillorum hortensium à parte Herbaceâ mundatorum & incisorum . . . . *uncias quatuor*

Eodem modo parantur

è floribus arantiorum
Tiliæ
Liliorum convallium

DE GELATINIS

GELATINA RIBESIORUM.

℞. Ribesiorum maturorum à petiolis mundatorum *lib. quatuor*

Bulliant in vase terreo vitreato, adjecto aquæ communis tantillo, sepissimè agitando donec fructus rugas contrahant, succus nulla interveniente compressione colatus, cum

Sacchari albi . . . . *lib. duabus*

Coquatur igne satis valido in gelatinæ consistentiam.

Tali modo parantur.

Gelatina cerasorum

Berberorum &c.

GELATINA CYDONIORUM.

℞. Cydoniorum nondum maturorum . . *lib. octo*

In frusta incide cum cortice & seminibus & in aquæ communis . . . . *lib: viginti*

Decoque ad dimidiæ circiter partis consumptionem, decoctum cola, & cydonia exprime, colaturam ovi albumine, cum Sacchari albi . . . . *lib: sex*

Clarifica, & liquorem clarum lento igne ad gelatinæ consistentiam coque

Eâdem methodo parantur.

Gelatina pomorum renetiorum &c.

Huc referri potest

PULPA CYDONIORUM CONDITA.

℞. Cydoniorum à seminibus &. involucris mundatorum *lib. sex*

Coquantur in aquæ communis . . . . . . *q: s:*

Ad mollitiem, quibus per cribrum trajectis & additis

Sacchari albi . . . . *lib: duabus*
Percoquantur in debitam consistentiam

Eodem modo paratur

Pulpa cynosbati, exemptis prius lanugine & arillis

GALREDA SEU GELATINA CORNU CERVI.

℞. Rasuræ cornu cervi . . . . . *lib: semissem*

Aquæ communis . . . . *lib: sex*

Coque lento igne in vase fictili vitreato, ad duarum partium consumptionem, cola & exprime, colaturam ovi albumine clarifica, cum Sacchari albi . . . . *unciis sex*

Vini albi . . . . *unciis quatuor*

Succi citri . . . . *unciâ unâ*

Coque igne lento ad gelatinæ mollioris consistentiam.

Eâdem methodo parabitur.

Gelatina viperarum & similium è partibus animalium de prompt:



CLASSIS SEXTA

De Electuariis Solutivis.

ELectuarium est Medicamentum spissum constans è simplicibus pulverisatis, quæ melle, syrupo vel alio liquido conveniente excepta sunt, alia solida sunt & in tessellas seu losangias, ut vulgus Pharmacopœorum loquitur complanata, & illa sacharo ut decet apparato excipiuntur, alia molliora in opiatæ consistentiam subacta, & ut dictum est melle, sapâ, vino vel alio liquido confecta, ita ut pro sacchari aut mellis adjectione & artificiosâ mixtione, unum & idem electuarium liquidum aut solidum efformari possit.

Dividuntur electuaria in purgantia & alterantia seu antidota, de quibus classe sequenti, quorum conficiendi modus secundum variorum ingredientium contrarietatem aut heterogeneitatem differt.

Methodus fiendi esto: pulverisata pulverando apta; & gummi, succi, resinaque menstruo convenienti soluta: mox ac alternatim de pulvere, mox de solutis melli syrupovè immiscentur, ultimo olea distillata seu alia odorata electuario adhuc tepido adduntur.

ELECTVARIVM CATHOLICVM.

℞. Polypodii querni recentis . . . . *lib: semis*

Seminum fœniculi . . . . *unciam unam & semis*

Ritè contusa, coquantur in

Aquæ communis . . . . *lib: sex*

Ad medietatis consumptionem, quod decoctum colatum & clarificatum, additis sacchari albi . . *lib: quatuor*

Coquatur ad spissioris syrupi consistentiam, in quo

Paululum frigefacto diligenter dissolve
Pulparum cassiæ
Tamarindorum probè evaporatarum *ana ... uncias quatuor*
Quibus permixtis, postremo subsequentes pulveres paulatim inspergantur
Foliorum sennæ . . . . *uncias quatuor*
Rhabarbari
Mechoacannæ non cariosæ
Seminum anisi . . . . *ana ... uncias duas*
Liquiritiæ pulverisatæ . . . . . *unciam unam*
Seminum quatuor frigidorum majorum mundatorum . . . . *ana ... unciam semis*
Fiat S. A. electuarium

DIAPRUNUM SIMPLEX SEU LENITIVUM.

℞. Foliorum violariæ recentium . *M. tres*
Fiat eorum levis decoctio, in
Aquæ communis . . . . *lib: tribus*
In colaturâ coquantur ad mollitiem
Pruna damascena *in q: s:* ex quibus cribro trajectis, pulpa extrahatur.
In percolato autem eorum jure, dissolve
Sacchari albi . . . . *lib: duas*
Coque in syrupum, cui tepenti adde
Pulparum prunorum supradictorum *lib: unam*
Cassiæ
Tamarindorum, adjectâ superioris decoctionis

Parte aliquâ, extractarum & probè evaporat: *ana . unciam unam*

Ritè permixtis, sequentes per vices injice pulveres

Rhabarbari electi . . . . *unciam unam*

Liquiritiæ rasæ . . . . *drachmas quinque*

Cinnamomi acuti . . . . *unciam semis*
Santali citrini
Rubri
Rosarum rubrarum exungulatarum
Seminum endiviæ
Portulacæ . . . . . . *ana ... drachmas duas*
Quatuor frigid: major: mundat: *ana .. drachmam unam*

Fiat S. A. electuarium

DIAPRUNUM SOLUTIVUM.

℞. Diapruni simplicis jam descripti & adhuc calent: *lib: unam*

Scammonii præparati & pulverisati . *unciam semis*
Concinnantur in electuarium

DIAPHOENICUM.

℞. Pulpæ dactylorum mundatorum & in hidromelite maceratorum & cribro trajectorum, probè evaporatæ *lib: unam*

Mellis despumati . . . . *lib: duas*

Permixtis adde

Turbith electi . . . . *uncias quatuor*

Amigdalarum dulcium excorticatarum *uncias duas*

Scammonii . . . . *unciam unam & semis*
Santali citrini
Radicum galangæ
Zinziberis

Foliorum rutæ siccatorum
Piperis longi
Cinnamomi acuti
Macis

Seminum anisi
Fœniculi
Dauci nostratis . . . . *ana... drachmas duas*

Tritis optimè quæ terenda, fiat S. A. electuarium

BENEDICTA LAXATIVA.

℞. Turpethi . . . . *drachmas decem*

Radicum esulæ minoris mundatorum

Hermodactylorum

Diagrydii

Florum rosarum rubrarum . . . . . . *ana ... drachmas quinque*

Zinziberis
Galangæ minoris
Caryophillorum
Cardamomi minoris
Acori
Piperis longi
macis
Spicæ nardi indicæ
Croci orientalis
Seminum apii
Carui
Fœniculi
Saxifragiæ
Mili-solis
Asparagorum
Rusci
Salis gemmei pulverisatorum . . *ana ... drachmam unam*
Mellis despumari . . . . . . *lib. duas & semis*
Fiat secundùm artem electuarium

CONFECTIO HAMECH.

℞. Foliorum sennæ mundatorum
Polypodii querni
Rhabarbari electi
Agarici albi & lævis
Pulpæ colocynthidis nodulo inclusæ
Florum violarum
Epithymi . . . . *ana ... uncias duas*
Foliorum absinthii vulgaris
Thymi . . . . . *ana ... unciam unam*
Seminum anisi
Fœniculi
Rosarum rubrarum . . . . . . *ana ... unciam semissem*

Infundantur & ordine debito coquantur, in *q: s:* seri lactis defœcati, colaturæ expressæ adde

Succi fumariæ depurati

Sacchari albi . . . . *ana ... lib. unam & semis*

Ad mellis consistentiam coctis & percolatis, adde
Pulparum cassiæ
Tamarindorum probè evaporatarum

Mannæ electæ . . . . . . *ana ... unciam unam & semis*
In debitam consistentiam redactis, insperge
Foliorum sennæ mundatorum

Rhabarbari electi . . . . . . *ana ... unciam unam.*
Scammonii præparati *unciam unam & semis*
Seminum fumariæ
Anisi
Spicæ nardi indicæ pulverisatorum . *ana ... drachmas duas*
Fiat ex arte electuarium.

ELECTUARIUM DE HIERA PICRA SIMPLICI.

℞. Specierum hieræ picræ simplicis *uncias octo & mediam*

Mellis despumati . . . *lib. duas & unciam unam & semis*
Fiat electuarium

PICRA DIACOLOCYNTHIDOS.

℞. Florum stœcados
Foliorum marrubii albi
Chamædris
Agarici
Colocynthidis . . . . . *ana ... drachmas quinque*
Gummi opoponacis
Sagapeni
Seminum petroselini
Radicum aristolochiæ rotundæ

Piperis albi . . . . *ana .. drachmas duas & semis*
Cinnamomi
Spicæ nardi indicæ
Myrrhæ electæ
Folii indi
Croci . . . . *ana ... drachmas duas*

Mellis despumati . . . . . *libr : unam & semis*

Fiat ex arte electuarium

ELECTVARIVM HYDRAGOGVM SYLVII.

℞. Baccarum juniperi in aquâ coctarum, expreſſarum & ad pulpæ conſiſtentiam redactarum
Pulpæ tamarindorum evaporatarum *ana ... uncias quatuor*
Jalappæ . . . . *unciam unam & ſemis*
Scammonii electi . . . . . *unciam unam*
Cinnamomi acuti
Seminum fœniculi dulcis pultorum *ana ... drachmas duas*
Sacchari clarificati . . . . *uncias decem*
Miſce fiat electuarium


DIACARTHAMVM

℞. Medullæ ſeminum carthami
Hermodactylorum . . . . *ana ... unciam unam*
Turbith electi . . . . . *unciam unam & ſemis*
Scammonii . . . . *drachmas ſex*
Radicum liquiritiæ raſæ
Zinziberis
Mannæ electæ . . . . . *ana ... unciam ſemis*
Sacchari canti albi
Mivæ cydoniorum
Mellis roſacei. . . . . . *ana ... uncias duas*

Miva cydoniorum & mel roſarum in mortario marmoreo ad pultis formam redigantur, per cribrum trajiciantur & cum Sacchari albi aquâ ſoluti & ad tabellarum conſiſtentiam cocti . . . . *lib. unâ & ſemiſſe*
Miſceantur, deindè reliqua pulveriſata addantur, piſtillo ligneo donec probè unita fuerint agitando, tunc ſuper marmor oleo amigdalino inunct: extendantur, & in tabellas ſecantur.

ELECTVARIVM DE SVCCO ROSARVM

℞. Succi roſarum pallidarum depurati
Sacchari albi . . . . *ana ... lib. unam & mediam*
Ad tabellarum conſiſtentiam coctis, ſequentes inſperge pulveres
Scammonii præpatati . . . . . *unciam unam & ſemis*
Santalorum omnium
Cinnamomi . . . . *ana ... drachmas duas*
Camphoræ . . . . *ſcrupulum unum*
Efformentur tabellæ methodo ſupradictâ



CLASSIS SEPTIMA

De Antidotis & Opiatis.

ANTIDOTA & Opiata nunc latius pro quibusvis confectionibus molliusculis usurpantur, suntque electuaria formæ inter solidam & liquidam ex alterantibus, aromaticis, alexiteriis, cardiacis vel narcoticis conflata, opium seu admittant vel non.

Opiatum vero strictè sumptum (quod ab opio vel simili hypnotico denominatur) est confectio narcotica id sortita nominis ab opio ipso sævis morborum simptomatibus mederi aut leniri apta: usus tamen medicum prudentem & circumspectum requirit, qui nec temerè, nec meticulosè nimis, scit id locare vel exhibere.

CONFECTIO ALKERMES.

℞.	Syrupi granorum kermes	*lib. duas & semis*
	Santali citrini	
	Cinnamomi acuti	*ana ... drachmas sex*
	Lapidis lazuli præparati	
	Margaritarum præparatarum	
	Ambræ griseæ	*ana ... drachmas duas*
	Moschi	*drachmam unam*
	Auri foliati	*folia viginti*

Santalo citrino & cinnamomo simul pulverisatis, adjice lapidem lazuli, tandem in mortario simul ambra & moschus adjecto sacchari tantillo pulverisentur & aliis misceantur, syrupoque tepenti excipiantur, omnibus ritè permixtis folia auri adjice & leni agitatione in electuarii consistentiam concinnentur.

Nota quod etiam sinè ambrâ & moscho in officinis habenda sit, quæ incompleta vocabitur.

CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞. Lapidum hyacinthorum præparatorum *unciam unam & semis*
Coralli rubri præparati
Terræ sigillatæ
Santali citrini . . . . *ana ... unciam unam*
Rasuræ cornu cervi . . . . *drachmas sex*
Radicum tormentillæ
Dictamni albi
Foliorum dictamni cretici
Croci
Myrrhæ
Rosarum rubrarum
Seminum acetosæ
Citri
portulacæ . . . . . *ana ... drachmas tres*
Oculorum cancrorum præparatorum
Corticum exteriorum citri
Arantior: amaror: sicc: *ana scrupul. quatuor*
Moschi orientalis
Ambræ griseæ . . . . *ana ... grana decem*
Syrupi kermesini . . . . *unciam unam*
Syrupi florum tunicæ . . . . . . *lib. tres*
Fiat confectio secundum artem

Etiam animadvertendum, quod sinè ambrâ & moscho sit asservanda

DIASCORDIUM FRACASTORII.

℞. Foliorum scordii recenter siccatorum

Rosarum rubrarum exungulatarum . . *ana unciam unam*

Boli armenæ veræ . . . . *uncias duas*

Radicum bistortæ
Gentianæ
Tormentillæ

Cassiæ ligneæ
Cinnamomi
Dictamni cretici
Seminum acetosæ

Styracis calamitæ
Gummi galbani puri
Arabici splendentis . . . *ana ... unciam semis*
Opii nitidi
Zinziberis

Piperis longi . . . . *ana ... drachmas duas*

Omnia pulverisata diligenter agitentur cum mellis despumati . . . . *libris tribus*

Donec probè mixta, in opiatæ consistentiam redigantur.

THERIACA DIATESSARON.

℞. Radicum gentianæ . . . .
Aristolochiæ rotundæ
. . . .
Baccarum lauri excorticatarum

Myrrhæ . . . . *ana ... unciam unam*

Mellis despumati . . . . . *lib. unam*

Fiat S. A. electuarium

THERIACA ANDROMACHI.

℞. Trochiscorum squilliticorum . . *uncias sex*
Carnis viperarum siccatæ
Piperis longi

Opii nitidi . . . . *ana ... uncias tres*

Olei è nucibus moscatis expressi
Cinnamomi acuti . . . . . . *ana ... drachmas tredecim*
Rosarum rubrarum exungulatarum
Radicum iridis florentinæ
Succi glycirrhysæ condensati
Seminum napi
Comarum scordii . . . . .
Agarici albi & lævis . . . *ana ... unciam unam & semis*
Myrrhæ trogloditicæ
Croci britannici
Seminum cardamomi minoris
Cassiæ ligneæ

Spicæ nardi indicæ . . , . . *ana ... unciam unam*
Junci odorati
Costi odorati . . . . *ana ... drachmas septem*
Thuris masculi
Piperis nigri
Foliorum dictamni cretici
Calaminthæ montanæ
Prassii albi

Corticum exteriorum citriorum
Stœcados arabicæ
Radicum pentaphylli
Rhabarbari
Zinziberis

Seminum petroselini macedonici
Terebinthinæ cypriæ , ... *ana ... drachmas sex*
Radicum valerianæ majoris
Acori veri . . . . . *ana ... drachmas quinque*
Gentianæ
Meu athamantici

Spicæ celticæ
Polii montani albi
Comarum chamedryos
Chamepithyos
Hyperici

Baccarum juniperi
Seminum ameos
Anisi
Fœniculi
Seseleos massiliensis
Thlaspeos

Boli orientalis
Calcanthi ad cineritium colorem usti
Succorum acaciæ
Hypocistidis

Styracis calamitæ
Gummi arabici spendidi
Sagapeni . . . . . *ana ... unciam semis*

Radicum aristolochiæ tenuis
Summitatum centaurei minoris
Seminum dauci cretici
Gummi galbani puri
Opopanacis

Bituminis judaici
Castorei . . . . *ana ... drachmas duas*
Corticum ligni sassafras
Santali citrini
Foliorum majoranæ
Mari veri
Radicum asari . . . . *ana drachmam unam*

Mastiches . . . . *scrupulum unum*

Mellis optimi despumati . . . . . *lib: quatuordecim*

Omnibus in pulverem minutissimum redactis, exceptis terebinthina & oleo nucis moscatæ, solo balnei calore liquefaciendis, calchitide etiam & croco separatim pulverisatis, in vino solutis, immitte in pelvim supra ignem lentum mellis despumati portiunculam, adjiciendo dissolutionem calchitidis & croci, terebinthinam cum oleo nucis moscatæ solutam, quibus exactè mixtis, insperge per vices modo pulveres, modo mel despumatum & longâ agitatione efformetur electuarium, quod pro ratione fermentationis aut siccitatis, identidem vino generoso saturetur.

OPIATA ANTISCORBUTICA.

℞. Radicum raphani rusticani recentis . *unciam unam*
Enulæ campanæ
Angelicæ . . . . *ana unciam semis*

Rhei pulverisati . . . . *drachmas quinque*
Foliorum cochleariæ hortensis
Nasturtii aquatici
Becabungæ recentium . . . *ana ... M. semis*
Seminum nasturtii hortensis
Synapi contusorum

Oculorum cancrorum præparatorum . *ana ... drachmas duas*

Antimonii diaphoretici . . . . . . *drachmam unam.*

Sacchari albi . . . . *uncias octo*
Fiat S. A. opiata

OPIATA CHALYBEATA.

℞. Limaturæ ferri rubiginosæ . . . . *drachmas sex*

Myrrhæ electæ
Gummi ammoniaci pulveratorum . . . *ana drachmas duas*
Diagrydii
Aquilæ albæ . . . . *ana drachmam unam & semis*
Salis absinthii . . . . *drachmam unam*
Croci
Cinnamomi acuti . . . . *ana scrupulos duos*
Cum syrupi de cichoreo composito *q: s:*
Fiat ex arte opiata.

OPIATA DENTRIFICIA.

℞. Lapidis pumicis
Corallorum rubrorum præparatorum *ana drachmas duas*
Aluminis usti . . . . *drachmam unam & semis*
Radicum iridis florentinæ
Sanguinis draconis . . . . . . *ana unciam semis*
Cremoris tartari . . . . *unciam unam*
Mellis rosacei *q s* ut efformetur opiata



CLASSIS OCTAVA

De ſpeciebus Aromaticis & aliis Pulveribus, tam alterantibus, quam ſolutivis.

PULVIS eſt medicamentum ſiccum, in tenuiſſimas particulas per triturationem eſſormatum.

Varii etenim ſunt generis pulveres, alii alterantes, alii purgantes;

Species nominantur pulveres quidam compoſiti & mixti, veterum confectionibus & electuariis idonei, proque eorum uſu, in promptu aſſervati, ut indè ex iis electuaria aut ſimilia ex templo parari poſſint.

DE ALTERANTIBUS

DIARRHODON ABBATIS.

℞. Roſarum rubrarum exungulatarum *unciam unam & ſemis*
Santali citrini
Rubri . . . . *ana ... drachmas tres*
Ligni aloes
Cinnamomi
Rhapontici
Nardi indicæ
Raſuræ eboris
Oſſis è corde cervi
Croci
Maſtiches
Cardamomi minoris
Gummi tragaganthi
Arabici
Succi glycirrhyſæ
Seminum aniſi
Fœniculi
Ocymi
Melonum
Cucumeris mundatorum

Margaritarum præparatarum . . *ana ... drachmam unam*
Ambræ griseæ . . . . *grana octo*
Moschi orientalis . . . . *grana quatuor*
Fiat ex arte pulvis

PULVIS COMITISSÆ DE KENT SIVE E CHELIS CANCRORUM.

℞. Extremitatum nigrarum pedum majorum cancrorum marinorum . . . . *uncias quatuor*
Oculorum cancrorum fluviatilium
Margaritarum orientalium
Corallii rubri præparati . . . . *ana ... unciam unam*
Succini albi
Radicum serpentariæ virginianæ
Contrayervæ . . . . *ana ... drachmas sex*
Lapidis bezoardici orientalis . . *drachmas tres*
Ossis è corde cervi . . . . . *scrupulos quatuor*
Croci . . . . *scrupulos duos*
Omnia subtiliter pulverisata irrorentur
Spiritus mellis . . . . *unciâ unâ & semisse*
Deindè gelatinâ viperinâ excipiantur, fiantque trochisci in umbrâ siccandi & usus tempore pulverandi.

PULVIS AD PUNCTURAS.

℞. Florum sulphuris . . . . . . *uncias duas*
Dentium apri
Mandibularum lucii piscis . . . *ana ... unciam unam*
Florum papaveris rheados . . *unciam semis*
Fiat pulvis

PULVIS ARONIS COMPOSITUS.

℞. Radicum ari siccatarum . . . *uncias duas*
Acori
Pimpinellæ saxifragæ . *ana ... unciam unam*
Oculorum cancrorum præparatorum
Cinnamomi acuti . . . . . . *ana ... drachmas tres*

Sal absinthii
Juniperi . . . . *ana ... drachmam unam*
Misce & fiat pulvis

PULVIS DE GUTTETA.

℞. Radicum fraxinellæ
Visci quercini
Radicum contrayervæ
Serpentariæ virginianæ
Pœoniæ maris
Seminum pœoniæ maris
Cornu cervi præparati
Ungulæ alcis . . . . *ana drachmas duas*
Radicum valerianæ sylvestris . *unciam unam*
Corallii rubri
Cranii humani. . . . . . *ana ... drachmas tres*
Lapidis hyacinthi . . . . *drachmam unam*
Bezoar occidentalis . *drachmam unam & semis*
Orientalis . . . *scrupulum unum*
Fiat omnium pulvis

PULVIS BECHICUS SEU PECTORALIS ANODINUS.

℞. Capitum papaveris albi à seminibus mundat: *unciam unam*
Santali rubri . . . . *drachmas duas*
Ireos florentinæ . . . . . . *drachmam unam*
Fiat pulvis

PULVIS CACHECTICUS.

℞. Croci martis aperitivi . . . *unciam unam*
Cinnamomi acuti . . . . *uncias duas*
Sacchari albi ad pondus omnium, fiat pulvis

PULVIS HALY.

℞. Seminum papaveris albi . . *scrupulos quinque*

Seminum quatuor frigidorum majorum mundatorum
Cydoniorum . . *ana ... scrupulos tres & semis*
Portulacæ
Althcæ
Malvæ
Gummi arabici
Tragaganthi
Amyli
Oculorum cancrorum præparatorum
Liquiritiæ rasæ . . . . *ana drachmam semis*
Sacchari albi . . . . . *drachmas decem*
Fiat omnium pulvis

DIATRAGAGANTHUM FRIGIDUM.

℞. Gummi tragaganthi . . *unciam semis*
Arabici . . . *drachmas duas & semis*
Amyli . . . . *drachmam unam*
Radicum liquiritiæ rasæ
Seminum quatuor frigidorum majorum mundatorum
Papaveris albi . *ana drachmam semis*
Sacchari albi . . . . . *drachmas sex*
Fiat pulvis.
Cum tractu temporis hi duo ultimi pulveres facilè rancescant, prestat illos ex temporaneo parare.

PULVIS LYTHONTRIPTICUS.

℞. Radicum anonidis
Eryngii
Calcitrapæ
Seminum milii-solis . . *ana ... unciam unam*
Liquiritiæ rasæ . . . . *uncias duas*
Fiat omnium pulvis

PULVIS AD CASUM.

℞. Sanguinis draconis
Hirci
Boli orientalis
Radicum rubiæ tinctorum . *ana drachmas duas*
Spermatis ceti *drachmam unam*
Rhabarbari
Nucis moscatæ . . . . *ana drachmam semis*
Fiat pulvis

DE PULVERIBUS SOLUTIVIS

PULVIS CORNACHINUS.

℞. Antimonii diaphoretici recenter parati
Cremoris tartari
Scammonii . . *ana ... partes æquales*
Fiat pulvis

CARYOCOSTINUM.

℞. Caryophillorum
Costi odorati
Radicum zinziberis
Seminum cumini . . . . *ana drachmas duas*
Hermodactylorum
Scammonii . . . . *ana unciam semis*
Fiat pulvis.
Si triplum mellis rosacei addatur; formabitur electuarium.

HIERA PICRA GALENI.

℞. Cinnamomi
Santali citrini
Radicum azari
Spicæ nardi indicæ
Masticbes
Croci . . . . *ana drachmam unam*
Aloes lucidæ . . . . . . *uncias duas & scrupulos duos*
Fiat pulvis

SPECIES DIATURBITH CUM RHEO

℞. Turbith gummosi
Hermodactylorum . . . . *ana unciam semis*

Rharbabari . . . . *drachmas quinque*
Dragridii . . . . *drachmas duas*
Santali rubri
Citrini
Florum violarum
Zinziberis . . . . *ana ... scrupulos duos & grana septem*
Mastiches
Anisi
Cinnamomi
Croci . . . . *ana ... grana octodecim*
Fiat pulvis

SPECIES DIACARTHAMI.

℞. Medullæ seminum carthami
Hermodactylorum . . . . *ana ... unciam unam*
Turbith electi . . . . . . *unciam unam & semis*
Scammonii . . . . *drachmas sex*
Radicum liquiritiæ rasæ
Zinziberis . . . *ana .... unciam semis*
Sacchari albissimi . . . . *uncias duas*
Fiat pulvis

PULVIS DIASENNÆ

℞. Foliorum senn: mundat: . *uncias duas*
Zinziberis
Macis . . . . *ana ... drachmas duas*
Cinnamomi . . . . *drachmam unam & semis*
Cremoris tartari . . . . *unciam semis*
Fiat pulvis



CLASSIS NONA

De Pilulis.

PILULÆ sunt Medicamenta, instar globulorum minutorum efformata: ita confecta ut integra & in parvâ quantitate deglutiri queant, ne illorum amarities, gustus insuavis, odorque ingratus linguâ percipiatur.

PILULÆ RUFFI.

℞. Aloes lucidæ . . . . *uncias duas*
Myrrhæ . . . . *unciam unam*
Croci . . . . *unciam semis*
Ex his separatim pulverisatis, cum syrupi de absinthio *q. s.* formetur massa.

PILULÆ ANTE CIBUM.

℞. Aloes optimæ . . . . *drachmas sex*
Mastiches
Rosarum rubrarum . . . . *ana ... drachmas duas*
Seorsim pulverisata, cum
Syrupi de absinthio *q. s.* excipiantur, & fiat massa

PILULÆ TARTAREÆ BONTII.

℞. Aloes lucidæ . . . . . *drachmas tres*
Tartari vitriolati . . . . . *drachmam semis*
Gummi ammoniaci . . . *unciam unam & semis*
Ex omnibus seorsim pulverisatis & mixtis, cum aceti scyllitici *q. s.* fiat massa.

PILULÆ MERCURIALES.

℞. Mercurii crudi terebinthinâ extincti . *unciam unam*

Aloes Soccotrinæ
Rhei electi
Foliorum sennæ mundatorum
Agarici . . . . *ana unciam semis*
Radicum Jalappæ
Scammonii
Trochiscorum alhandal
Tartari solubilis . . . . *ana drachmas tres*
Cum syrupi rosarum sol: *q*; *s*: fiat massa.

PILULÆ COCHIÆ.

℞. Pulveris hieræ picræ simplicis . . *drachmas decem*
Trochiscorum alhandal . . . . *drachmas tres & semis*
Diagridii . . . . *drachmas duas & semis*
Turpethi
Stœcados . . . . *ana ... drachmas quinque*
Cum syrupi de stœcade *q*: *s*: fiat massa.

PILULÆ SINE QUIBUS.

℞. Aloes optimæ . . . . . . *drachmas quatuordecim*
Scammonii . . . . *drachmas sex.*
Rhabarbari
Agarici trochiscati
Foliorum sennæ mundatorum . *ana ... unciam semis*
Cuscutæ
Absinthii
Rosarum rubrarum
Mastiches
Salis gemmei . . . . . *ana ... drachmam unam*
Ex omnibus pulverisatis, cum
Mellis despumati è succo fœniculi *q. s.*
Fiat massa

PILULÆ HYSTERICÆ.

℞. Aloes optimæ . . . . *unciam ſemis*
Foliorum ſennæ pulveratorum . . *drachmas duas*
Aſſæ fœtidæ
Galbani
Myrrhæ . . . . *ana ... drachmam unam*
Vitrioli martis . . . . *drachmas ſex*
Croci
Macis . . . . *ana ... drachmam ſemis*
Olei ſuccini . . . . *guttas XL.*
Syrupi de arthemiſiâ *q: ſ:* ut efformetur maſſa.

PILULÆ E SUCCINO CRATONIS.

℞. Aloes ſoccotorinæ . . . *drachmas quinque*
Succini
Maſtiches . . . . *ana ... drachmas duas*
Agarici trochiſcati . . . *drachmam unam & ſemis*
Ariſtolochiæ rotundæ . . *drachmam ſemis*
Ex omnibus pulveriſatis, cum
Syrupi de betonicâ *q: ſ:* fiat maſſa.

PILULÆ FRANCOFURTENSES.

℞. Aloes ſoccotorinæ . . . *q: v:*

In vaſe figulino vitreato reponatur, affundendo ſucci violarum *q. ſ.* ut fiat inſtar pultis ſolidioris, tum exſiccetur, & hoc tertio iteretur, maſſaque in veſicâ oleo amigdalarum dulcium oblinitâ ſervetur.

PILULÆ DE CYNOGLOSSO.

℞. Radicum cynogloſſi mundatarum & recenter ſiccatarum
Seminum hyoſciami albi
Opii thebaici . . . . . *ana ... unciam ſemis*
Myrrhæ . . . . *drachmas ſex*

Olibani . . . . *drachmas quinque*
Croci
Castorei
Styracis calamitæ . . . . . *ana drachmam unam & semis*
Cum syrupi violarum *q. s.* fiat massa.

PILULÆ ALUMINOSÆ.

℞. Aluminis rupei subtilissimè pulverisati & præparati *uncias quat:*
Sanguinis draconis . . . . *drachmas duas*
Cum mucilaginis gummi tragaganthi *q: s:*
Formentur pilulæ.

PILULÆ DE CATECHU.

℞. Extracti arecæ, vulgo terra japonica dicti *unciam semis*
Sacchari albi . . . . *unciam unam & semis*
Ambræ griseæ . . . . *grana tria*
Moschi orientalis . . . . *granum unum*
Cum mucilaginis gummi tragaganthi in aquâ rosarum extractæ *q: s:* formentur pilulæ minimæ.



CLASSIS DECIMA

De Trochiscis & Tabellis seu Rotulis.

TRochiscus est species medicamenti solidi ex variis pulveribus, addito convenienti liquido viscoso in massam subacta & diversæ efformata figuræ.

Tabellæ vero seu Rotulæ sunt medicamenti genus solidum, paratæ è pulveribus vel succis & floribus, cum saccharo soluto & ad consistentiam cocto exceptis, atque supra tabellam orbiculorum instar effusæ.

AGARICUS TROCHISCATUS.

℞. Agarici albi & lævis . . . . . . *unciam unam & semis*
Cum vino generoso, cui sit infusa
Zinziberis . . . . *drachma una*
Cogantur suâ arte in trochiscos

TROCHISCI ALHANDAL.

℞. Pulpæ colocynthidis pulverisatæ *q: v:*
Cum Mucilaginis gummi tragaganthi *q: s:*
Fiat massa, ex quâ trochisci in umbrâ siccandi, siccos iterum subtiliter tere & novâ gummi ejusdem mucilagine excipe ac denuo trochisci formentur, in umbrâ exsiccandi.

TROCHISCI DE CARABE.

℞. Carabes . . . . *drachmas sex*
Cornu cervi usti
Gummi arabici assati
Corallii rubri
Gummi tragaganthi
Succorum acaciæ
Hypocistidis
Balaustiorum
Mastiches
Laccæ

Seminum papaveris nigri assatorum . . *ana drachmas duas*
Olibani
Croci
Opii . . . . *ana ... drachmam unam & semis*
Mucilaginis seminum psylii aquâ plantaginis extractæ *q: s:* ut formentur trochisci

TROCHISCI DE MYRRHA.

℞. Myrrhæ electæ . . . . *drachmas tres*

Lupinorum excorticatorum . . . . *drachmas quinque*
Radicum rubiæ tinctorum
Foliorum calaminthæ montanæ
Pulegii
Rutæ
Seminum cumini
Assæ fætidæ
Sagapeni

Opopanacis . . . . *ana drachmas duas*

Dissolvantur gummi aceto scyllitico in mortario calido, quibus cetera adijciantur pulverisata & cum *q: s:*

Succi arthemisiæ cogantur in pastam, ex quâ formentur trochisci

TROCHISCI SCYLLITICI.

℞. Medullæ scyllæ præparatæ . . . . *lib: unam*

Radicis dictamni albi pulverisati . . . *uncias octo*

Ex arte misceantur & in massam redigantur, ex quâ trochisci fient in umbrâ siccandi.

TROCHISCI VIPERINI.

℞. Truncorum, hepatum & cordium viperarum siccatorum *q: v:*

Pulverentur tenuissimè & cum sufficienti quantitate mucilaginis gummi tragaganthi in vino hispanico paratæ, fiant trochisci in umbrâ siccandi & balsamo peruviano inungendi.

TROCHISCI ALBI RHASIS.

℞. Cerussæ venetæ aquâ rosarum lotæ . . *drachmas decem*
Sarcocollæ . . . . *drachmas tres*
Amyli . . . . *drachmas duas*
Gummi arabici
Tragaganthi . . . . . . *ana ... drachmam unam*
Camphoræ . . . . *drachmam semis*
Pulverisentur & cum ovi albumine aquâ rosarum conquassati, fiant trochisci in umbrâ siccandi

TROCHISCI SEU PASTILLI FUMATILES.

℞. Styracis calamitæ
Carbonis salicis . . . . *ana ... uncias duas*
Benzoini . . . . *unciam unam*
Caryophillorum . . . . *unciam semis*
Labdani . . . . *drachmas sex*
Omnium fiat pulvis & cum mucilaginis gummi tragaganthi ex aquâ rosarum extractæ *q: s:* fiant trochisci vel bacilli piramidales.





DE TABELLIS

TABELLÆ ROSARUM.

℞. Sacchari albi . . . . *uncias tres*
Aquæ rosarum . . . . *unciam unam & semis*
Coquantur in tabellarum consistentiam.

TABELLÆ DE ALTHEA.

℞. Pulpæ radicum altheæ coctarum . . *uncias tres*
Sacchari albi pulverisati . . . . *q: s:*
E quibus fiat massa in tabellas efformanda & siccanda

Eodem modo parantur.

Tabellæ è pulpâ helenii

TABELLÆ DE MANNA.

℞. Mannæ electæ . . . . *uncias tres*
Sacchari albi aquâ soluti & ad tabellarum consistentiam cocti . . . . *lib: unam*
In saccharo adhuc calenti liquetur manna & datâ adhuc altera ebullitione fiant tabellæ.

TABELLÆ AD VERMES.

℞. Sacchari pulverisati . . . . *uncias quatuor*
Aquilæ albæ . . . . *unciam unam*
Exactè misceantur & cum mucilaginis gummi tragaganthi in aquâ rosarum extractæ *q: s:*
Formentur tabellæ ad *semidrachmæ* pondus.

TABELLÆ BECHICÆ.

℞. Hordei mundati . . . . *unciam unam*
Capita papaveris albi . . . . *numero sex*
Aquæ communis . . . . *libras duas*
Coquantur ad medias circiter, tum exprimantur & colentur, in expressione dissolve
Succi liquiritiæ . . . . *uncias tres*
Dissolutionem colatam evapora ad extracti consistentiam, tum additis
Sacchari albi pulverisati . . . . *lib: tribus*
Amyli . . . . *lib: semis*
Ireos Radicis florentinæ pulverisatæ . . . . *uncia semis*
Cum mucilaginis gummi tragaganthi in aquâ rosarum extractæ *q: s:* formetur massa ex quâ tabellæ siccandæ.

TABELLÆ DIASULPHURIS.

℞. Florum sulphuris . . . . *unciam unam & semis*
Amyli
Radicum siccatarum enulæ campanæ
Liquiritiæ . . . . *ana ... drachmas tres*
Ireos florentinæ pultarum . . . *drachmam unam*
Florum benzoini . . . . *scrupulum unum*
Sacchari albissimi . . . . *lib: unam*
Cum *q: s:* mucaginis gummi tragaganthi, fiat massa solida, ex quâ rotulæ formentur.

SUCCUS LIQUIRITIÆ ANISATUS.

℞. Hordei mundati . . . . *unciam unam & semis*
Capitum papaveris albi . . . . *uncias duas*
Horum fiat decoctio in aquæ communis . *lib: sex*
In colaturà dissolve succi liquiritiæ . . . *lib: duas*
Colentur & evaporentur ad extracti solidioris consistentiam, sub finem addendo olei anisi . . . . . *drachmas duas*
Formentur rotulæ vel bacilli

PASTA BISMALVÆ.

℞. Rad bismalvæ rasæ & mundat: . . . . *uncias quatuor.*
Per horæ circiter quadrantem bulliant in aquæ communis *librâ unâ:* liquor calens, absque ulla expressione, per pannum coletur, ut ab omni sorde repurgetur & clarus evadat: tunc liquor pelvi æneæ, stanno recenter obductæ, inditus, supra furnum lento carbonum igne instructum collocetur, addendo.
Sacchari albissimi
Gummi arabici seorsim pultorum & mixtorum
. . . . *ana sesquilibram.*
Ignè moderato bulliant ad liquoris fermè evaporationem: hoc est ut saccharum & gummi intimè ita unita sint, ut pastam efforment.
Nota, quod inter coquendum materia continuo & semper spatulà ligneà debeat agitari: nam secus non modo flavesceret, sed etiam grumos contraheret.
Eo ergo ipso tempore, quo saccharum & gummi, pasta manu tractabilis consistentiam adepta erunt, illico in pelvim projice, probè & exactè prius.
Aquæ naphæ . . . . *unciis duabus*
Diluta & dissoluta
Albumina ovorum *N. sex*.
Tamdiuque agitentur, ut massa super porphiritem projecta extendi & in morsellos efformari queat.

CLASSIS UNDECIMA

De Oleis & Balsamis.

OLEUM est liquor pinguosus Balsamo tenuior, aliquando vero crassior.

Olea sunt vel nativa, vel artificialia; nativa sunt quæ in quibusdam locis inveniuntur, ubi illa è terræ gremio exudant & promanant.

Artificialia fiunt, vel per expressionem, vel infusionem, coctionem aut per distillationem.

Balsamum vero est substantia particulis crassioribus, unctuosis prædita, habens consistentiam linimenti liquidi vel unguenti, eaque sunt nativa vel factitia.

OLEA PER EXPRESSIONEM.

Oleum Amigdalarum Dulcium.

℞. Amigdalas dulces recent: . . . q: v:
Ritè contusæ in mortario marmoreo, indantur panno cannabino & prælo mandatis, fiat sine igne expressio.

Eodem modo parantur.

Olea amigdalarum amararum
Avellanarum
Papaveris albi
Staphidis-agriæ
Nucum juglandium
Seminum lini

OLEUM OVORUM.

℞. Ova recentia elixatione indurata . . . q: v:
Ex his vitellos exime & comminutos in sartagine tetreà igne mediocri assà, spatulà continuo agitando, donec rufescant & oleum manare incipiat, tunc in sacculum cannabinum injice & velociter torculari exprime, expressum in vase idoneo repone usui.

OLEA PER INFUSIONEM ET COCTIONEM.

Oleum Rosatum.

℞. Rosarum rubrarum à calicibus mundatarum recentium, & leviter contusarum . . . . *lib. quatuor*
Vase terreo excipiantur, affundendo
Olei olivarum . . . . *lib. decem*

Insolentur, aut per mensem calidè detineantur, tum igne moderato ad humidi consumptionem coquantur, oleumque prelo veloci expressum recondatur.

Eodem modo parantur sequentia.

Oleum Absinthii.

Ex absinthio viridi inciso & contuso, oleoque veteri.

Oleum Anethinum.

Ex summitatibus anethi recentis & oleo veteri.

Oleum Chamemelinum.

Ex camomillâ recenti cum floribus & oleo dulci.

Oleum Cydoniorum.

Ex malis cydoniis non excorticatis & oleo communi.

Oleum Liliorum Alborum.

Ex floribus minutim incisis, rejectis apicibus luteis interioribus, & oleo veteri.

Oleum Menthæ.

Ex menthâ crispâ recenti & oleo.

Oleum Rorismarini.

Ex foliis & floribus recentibus, oleoque veteri

Oleum solani.

Ex solano cum baccis & oleo communi

OLEUM RUTACEUM.

E foliis rutæ recentibus & oleo veteri

Oleum mucaginum.

℞. Radicum altheæ recentium & leviter contusarum *lib: octo*
Seminum fenugreci
Lini integrorum . . . *ana ... uncias quatuor*
Aquæ communis . . . . . . *lib: XVI*
Infundantur per aliquot horas sæpius agitando, deindè coquantur donec justam viscositatem acquisierint, in percolatà mucagine adijce
Olei communis . . . . *lib: octo*

Coquantur ad humidi consumptionem per vices agitando ne adurantur.

OLEUM HYPERICI.

℞. Summitatum & florum hyperici . *lib: unam*
Olei veteris clari . . . . . . *lib: duas*
Vini odoriferi . . . . *lib: unam*

Per tres dies macerentur, bulliant deindè in vase probè abturato lento igne ad vini consumptionem, posteà exprimantur, novas summitates, flores & vinum in eodem oleo macera, coque & cola ut antè, idque tertio fiat, tum expressioni forti, adijce terebinthinæ claræ . . *lib: unam*
Croci pulverisati . . . . *scrupulos quatuor*
Servetur ad usum

OLEUM SCORPIONUM.

℞. Olei amigdalarum amararum . . . . *lib: tres*

Scorpiones vivos . . . . *No. LX.*

Suffocentur scorpiones in oleo, simulquè in vase fictili vitreato angusti orificii benè obturato, cum

Vini generosi . . . . *unciis octo*
In ferventi balneo ferè ad totius humidi consumptionem

Coquantur, deindè colentur & exprimantur, depuratumque oleum usui servetur.

OLEUM LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

℞. Lumbricorum terrestrium terrâ purgatorum & in vini rubri q: s: submersorum . . . . . *lib: duas*

Olei veteris & clari . . . . . . *lib: quatuor*

Bulliant igne moderato ad vini consumptionem, exprimantur, rursumque igni exponantur ad totalem humidi exhalationem.

OLEA PER DISTILLATIONEM.

Oleum Anisi.

℞. Seminum anisi contusorum . . *lib: duas*

Aquæ fontanæ . . . . *lib: viginti*

Tartari crudi albi pulverisati . . *uncias duas*

Macerentur per triduum & distillentur ex vesicâ refrigeratorio munitâ, oleum cum aquâ extractum per infundibulum separa.

Eodem modo parantur.

Olea carvi
Fœniculi

OLEUM CERÆ.

℞. Ceræ flavæ . . . . *part: unam*
Arenæ puræ . . . . , . *part : tres*
Liquefactâ cerâ & arenæ admixtâ, distilletur ex retortâ igne gradatim aucto.

OLEUM GUAIACI.

℞. Scobis ligni guaiaci . . . . . *q: s:*

Ut impleatur retorta terrea vel vitrea luto munita, ita ut

tertia pars vacua remaneat, cui adaptetur recipiens sat amplum, & igne nudo in principio tamen moderato distilletur, ignem ad ultimum gradum augendo; sicquè spiritus & oleum guaiaci elicientur; oleum per infundibulum à spiritu separetur.

OLEUM TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ venetæ . . . *q: v:*

Distilletur per vesicam, affusâ aquæ copiâ, oleumque ab aquâ separetur.

OLEUM SUCCINI.

℞. Succini flavi . . . . *partes septem*

Argillæ figulinæ . . . . *partes quinque*

Distillentur per retortam, liquor stillatus rectificetur, miscendo cum recenti argillâ, sal succini, qui collo retortæ interius adherescit collectus solutione, filtratione & coagulatione in spiritu proprio secundum artem repurgatus servetur usui.

OLEUM E BACCIS JUNIPERI.

℞. Baccarum juniperi recentium . *lib: viginti quinque*

Contundantur & in vase terreo, cum aquæ communis . . . . *lib: duodecim*

Fermenti acrioris . . . . *lib: semis*

Reponantur in cellâ vasè è benè obturato per tres menses: deindè per alembicum vel vesicam cum aquæ simplicis quantitate sufficienti distillentur, oleum per infundibulum separatum servetur usui.

Eodem modo parantur.

Olea è baccis lauri
Hederæ &c.

OLEUM ABSINTHII.

℞. Summitatum absinthii vulgaris ad maturitatem seminis accedentium . . . . *lib*: *unam*
Aquæ communis fervefactæ . . *lib*: *octo*
Tartari rhenani . . . . *unciam unam*
Stent simul per duos dies, deindè distillentur per vesicam æneam, refrigeratorio munitam, oleum liquori distillato innatans separetur.

Eâdem methodo parantur.

Olea majoranæ
Menthæ
Rorismarini
Rutæ
Sabinæ
Florum lavendulæ &c.

OLEUM DE LATERIBUS SEU PHILOSOPHORUM.

℞. Lateres in partes exiguas confractos & candefactos extingue in oleo olivarum, donec oleo benè saturati sint, tum in pulverem conterito &, retortæ immissi cujus pars tertia sit vacua igne primo leni, dein sensim augendo distillato, oleum à phlegmate separandum





DE BALSAMIS

BALSAMUM ARCEI.

℞. Terebinthinæ venetæ
Gummi elemi . . . . *ana ... unciam unam & semis*
Sevi castrati . . . . *uncias duas*
Axungiæ porcinæ . . . . . *unciam unam*
Ex omnibus simul liquatis & colatis fiat balsamum.

BALSAMUM ANT-APOPLECTICUM.

℞. Moschi . . . . *grana sedecim*
Zibettæ . . . . *grana viginti*
Oleorum rorismarini . . . . *gutt: duodecim*
Ligni rhodii . . . *gutt: viginti*
Gelsemini . . . . *gutt: quadraginta*
Caryophillorum . . *gutt: duas*
Nucis moscatæ . . . *unciam mediam*
Lavendulæ . . . . *gutt: sex*
Balsami peruviani . . . . . *drachmam unam*
Fiat ex arte balsamum.

BALSAMUM LEUCATELLI.

℞. Therebinthinæ venetæ . . . *lib: semis*
Ceræ citrinæ
Olei olivarum . . . . *ana ... lib: unam & semis*
Balsami peruviani
Olei hyperici
Santali rubri . . . . *ana ... unciam semis*
Vini hispanici . . . . *uncias tres*
Coccinellæ . . . . *drachmas duas*
Gummi elemi . . . . *unciam unam*
Fiat S. A. balsamum

BALSAMUM SULPHURIS TEREBINTHINATUM

℞. Florum sulphuris . . . . *uncias duas*

Olei terebinthinæ . . . . *uncias quatuor*

Digere in arenâ ut leviter bulliant ad florum sulphuris dissolutionem & balsamum rubicundum evadat.

Eodem modo parabuntur

Balsama sulphuris anisati
Succinati
Juniperini

Ex pari quantitate eorumdem oleorum.

BALSAMUM VIRIDE.

℞. Olei olivarum	
Lini	*ana ... uncias quatuor*
Laurini	*unciam semis*
Juniperini	*drachmas duas*
Caryophillorum . . .	*drachmam semis*
Aloes	*drachmam unam*
Terebinthinæ venetæ . . .	*unciam unam*
Viridis æris	*drachmas duas*
Vitrioli albi	*scrupulos quatuor*

Pulveratis pulverisandis, fiat ex arte balsamum.

BASAMUM VULNERARIUM PRÆFECTI PERNÆ.

℞. Balsami peruviani sicci . . .	*unciam unam*
Storacis calamitæ	
Benzoini	*ana ... uncias duas & semis*
Aloes soccotrinæ	
Myrrhæ electæ	
Olibani	
Radicum Angelicæ	
Florum hyperici	*ana ... unciam semis*

Omnia contusa indantur lagenæ vitreæ & eis affunde spiritus vini . . . . *lib. duas*

Vas probè obturatum diebus canicularibus soli exponatur, dein per linteum densum liquorem traijce & ad usum serva.

BALSAMUM VITÆ.

℞. Olei amigdalarum dulcium recentis
Juniperi
Terebinthinæ
Tartari per deliquium . . . . *ana ... unciam unam*
Aquæ pluvialis . . . . *uncias quatuor*
Miſceantur & uſui repone

BALSAMUM POLYCHESTUM.

℞. Spiritus vini rectificati . . . . *lib: duas & ſemis*
Radicum ſalſæ-parillæ . . . . . . *uncias quinque*
Macerentur per dies aliquot & cola, in colato, diſſolve
Gummi guaiaci . . . . *uncias octo*
Balſami peruviani . . . . *unciam unam*
Fiat balſamum

BALSAMUM SULPHURIS RULANDI.

℞. Florum ſulphuris . . . . *unciam unam*
Olei nucum vel raparum . . . . . *uncias ſex*
Vini generoſi . . . . *uncias duas*
Digere per octo dies, aliquoties agitando & coque leniter ad vini conſumptionem.



CLASSIS XII.

De Unguentis.

UNGUENTUM specialius dicitur Medicamentum quoddam oleaginosum, nec liquidum, nec solidum, sed mediæ inter linimentum & emplastrum consistentiæ, quo externæ corporis partes inunguntur, sub his tamen unguentum potabile & butyrum viride intrinsecè aliquando assumuntur.

UNGUENTUM ROSATUM.

℞. Axungiæ porcinæ purgatæ . . . *lib: quatuor*
Aquâ simplici aliquoties lavetur, deindè addendo rosarum albarum vel pallidarum . . . . . . *lib: octo*
Per aliquot dies insolentur, dein coquantur lento igne usque ad humidi consumptionem, colentur & unguentum servetur.

UNGUENTUM NUTRITUM.

℞. Lithargyrii aurei præparati . . . *lib: semis*
Aceti vini acerrimi . . . . *uncias octo*
Olei communis . . . . *uncias sedecim*
Modo lithargyrium, modo oleum ac acetum vicissim in mortario misceantur, donec probè unitis, justâ crassitie & candore efformetur unguentum.

ALBUM RHASIS.

℞. Olei rosati . . . . *lib: tres*
Ceræ albæ . . . . *uncias novem*
Cerussæ venetæ . . . . *lib: unam*
Camphoræ . . . . *drachmam unam & semis*
Fiat ex arte unguentum.

UNGUENTUM POPULEUM.

℞. Axungiæ porcinæ . . . . *lib: duodecim*

Oculorum populi arboris . . . . *lib: sex*

Contusi populi oculi in axungiâ insolentur donec herbæ sequentes colligi possint.

Foliorum papaveris nigri
Sambuci
Hyoscyami
Solani
Sedi majoris
Minoris
Lactucæ
Bardanæ
Violarum
Portulacæ
Cymarum rubi . . . . *ana* . . *M. sex*
Succi solani . . . . *lib: duas*
Fiat ex arte unguentum

UNGUENTUM DIAPOMPHOLYGOS.

℞. Olei solani . . . . *uncias sedecim*

Ceræ albæ . . . . *uncias quinque*
Igne lento liquescant & ab igne semotis, mox sequentia in tenuissimum pulverem lævigata immisceantur.

Pompholygis vel tuthiæ præparatæ.

Plumbi usti . . . . *ana* . . *unciæ duæ*

Cerussæ . . . . *unciæ quatuor*
Paululum refrigeratis insperge

Thuris masculi subtilissimè triti . . *unciam unam*
Continuo moveantur ad unguenti formam.

UNGUENTUM BASILICON.

℞. Ceræ flavæ
Sevi arietini

Picis navalis.
Terebinthinæ venetæ . . . *ana lib: ſemis*

Olei communis . . . . *lib: duas & ſemis*

Omnia in oleo liqueſiant, colentur & ſervetur unguentum

UNGUENTUM AD SCABIEM.

℞. Sulphuris vivi
Staphidis - agriæ . . . . *ana . unciam unam*
Antimonii crudi . . . . *uncias duas*

Mercurii vivi præcedentibus pulveribus extincti *uncias tres*

Axungiæ porcinæ . . . . . . *lib: quatuor*
Fiat ex arte unguentum

UNGUENTUM OPHTHALMICUM.

℞. Tuthiæ præparatæ . . . . . . *unciam unam*

Lapidis calaminaris præparati

Boli orientalis
Ceruſſæ aquâ roſarum lotæ . *ana drachmas duas*

Camphoræ . . . . *ſcrupulum ſemis*

Unguenti roſati . . . . *uncias ſex*

Omnia ut decet, præparata, trita & cribrata unguento roſaceo excipiantur, fiatque unguentum

UNGUENTUM DEFENSIVUM RUBRUM.

℞. Olei lini
Sevi arietini purgati . . . *ana . lib: unam*
Lytargyrii aurei
Ceræ citrinæ
Boli Armeni
Minii . . . . *ana . uncias duas*
Camphoræ . . . . *drachmam unam*
Aceti vini . . . . *uncias ſex*

Lithargyrium tenuiter pulverisatum cum tertiâ olei parte, injecto per vices aceto coquatur, tum ceram, oleum residuum, minium & bolum subtiliter tritum immitte, & refrigeratis camphoram spiritu vini dissolutam adijce movendo ad unguenti perfectionem.

UNGUENTUM DE ALTHEA.

℞. Olei mucaginum . . . . *lib: duas*
Ceræ citrinæ . . . . *lib: semis*
Resinæ . . . . *uncias tres*

Terebinthinæ venetæ . . . . *unciam unam & semis*
Fiat ex arte unguentum

UNGUENTUM AUREUM.

℞. Olei communis . . . . *lib: duas*

Ceræ citrinæ . . . . *uncias sex*

Terebinthinæ . . . . *uncias duas*

Resinæ pini
Colophoniæ . . . . *ana unciam unam & semis*

Mastiches
Thuris . . . . *ana unciam unam*

Croci . . . . *drachmam unam*
Fiat unguentum

UNGUENTUM MARTIATUM.

℞. Radicum enulæ campanæ
Seminum fœnugreci . . . *ana uncias tres*
Nardi indicæ
Foliorum rorismarini
Rutæ
Majoranæ
Ebuli
Sabinæ

Menthæ
Salviæ
Basilici
Absinthii majoris
Costi hortensis
Origani
Abrotani majoris
Lauri
Polii montani
Nepethæ . . *ana ... M. duos & semis*

Florum stœcados arabicæ
Sambuci
Chamæmeli . . . *ana ... M. duos*

Contusa omnia, per octiduum in vase fictili obturato macerentur, cum

Olei communis . . . . *lib: octo*
Ceræ flavæ . . . . *lib: duabus & semisse*

Butyri maialis

Axungiæ gallinæ . . . . *ana ... unciis quatuor*

Deindè per duodecim horas, materia sæpius spatulâ agitata ex balneo-maris coquatur, coletur & fortiter exprimatur, inque expressione defæcatâ liquefiant

Medullæ cervi
Olei laurini
Terebinthinæ venetæ . . *ana ... unciæ quatuor*

Semi-refrigeratis, immisce

Styracis liquidæ . . . . . . *uncias duas*
Myrrhæ
Olibani
Mastiches tenuissimè pulveratorum *ana ... unciam unam*
Fiat ex arte unguentum

UNGUENTUM AD DURITIEM MAMMARUM.

℞. Sevi vervecini
Ceræ albæ . . . . *ana ... lib: unam*

Per frustula incisa & pelvi aneæ imposita, igne moderato

liquescant, tum adjice

Butyri recentis
Axungiæ porcinæ . . . . . *ana ... lib: unam*
Olei olivarum . . . . *lib: duas*

Dum bullire incipient, adde
Lithargyrii aurei subtilissimè pulti . *lib: unam*

Continuo spatulâ ligneâ agitentur, usquè dum consistentiam levem nanciscantur, tum ab igne semota, continuo agitentur ad unguenti refrigerationem.

MUNDIFICATIVUM DE APIO.

℞ Foliorum apii
Hederæ terrestris
Absinthii vulgaris
Salviæ
Hyperici
Vincæ pervincæ
Consolidæ majoris
Betonicæ
Veronicæ
Verbenæ
Millefolii
Pimpinellæ . . . *ana ... M. unum & semis*
Olei communis . . . . *lib: quatuor*
Ceræ citrinæ
Sevi arietini
Resinæ
Terebinthinæ . . . . . . *ana ... lib: unam*

Herbæ contusæ in oleo, sevo, cerâ, resinâ & therebinthinâ liquatis, macerentur per biduum, deindè coquantur igne lento sepius movendo donec totus plantarum succus ferè consumptus fuerit postea colentur & exprimantur, in expressione semi refrigeratâ permisceantur

Myrrhæ electæ
Aloes soccotrinæ pultorum . *ana ... unciæ duæ*

Radicum ireos florentinæ
Aristolochiæ rotundæ *ana ... uncia una*

Et fiat ex arte unguentum

UNGUENTUM APOSTOLORUM.


℞. Ceræ flavæ . . . . . *uncias quatuor*
Resinæ
Terebinthinæ
Gummi ammoniaci . . . *ana unciam unam & drachmas sex*
Lithargyrii aurei . . . . *drachmas novem*
Olibani
Bdellii
Aristolochiæ rotundæ *ana ... drachmas sex*
Myrrhæ
Galbani . . . . . . *ana ... unciam semis*
Opopanacis
Viridis æris . . . . *ana ..... drachmas duas*
Olei communis. . . . *libr: duas*
Fiat ut artis est unguentum

UNGUENTUM AD AMBUSTA.

℞. Olei lini . . . . . . *lib: semis*
Ceræ flavæ . . . . . . *uncias duas*
Vitellos ovi . *numero ... duos*
Fiat ex arte unguentum

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞. Æruginis . . . . . . *uncias quinque*
Aluminis crudi . . . . *unciam unam*
Mellis puri . . . . . . *uncias quatuordecim*
Aceti vini acerrimi . . . *uncias septem*
Bulliant omnia ad unguenti consistentiam.



CLASSIS XIII

De Emplastris ceratis & sparadrapis.

EMPLASTRUM Medicamentum est topicum è speciebus diversis paratum, quod linteo vel alutæ inductum, alicui corporis parti applicatur.

Ceratum vero topicum est, quod ceram admittit & oleum, cum aliis stirpium aut animalium partibus aut metallis & mineralibus, mediæ inter unguentum & Emplastrum consistentiæ, nam plus ceræ recipit quam unguentum, undè durius, & minus quam Emplastrum undè mollius.

Sparadrapus autem sive tela Emplastica linteum vocatur, Emplastro cuivis ad ignem liquefacto immersum, imbutum & undequàque incrustatum, extensum & refrigeratum.

EMPLASTRUM DIAPALMÆ.

℞. Lythargirii aurei tenuissimè triti
Olei veteris . . . . *ana* . . . *lib: tres*
Axungiæ suillæ ritè expurgatæ . . *lib: duas*
Simul bulliant affusâ aquæ communis *q. s.*

Spatulâ ligneâ continuo agitando donec ad Emplastri consistentiam pervenerint, tum adde vitrioli albi subtiliter pulverisati . . . . *uncias quatuor*
Fiat Emplastrum, & ex eo magdaleones.

EMPLASTRUM DIACHYLON SIMPLEX.

℞. Olei mucaginum . . . . *lib: tres*
Lithargyrii aurei . . . . *lib: unam & semis*
Fiat S. A. Emplastrum

DIACHYLON GUMMATUM.

℞. Emplastri diachyli simplicis . . . *lib: tres*

In quo liquescant
Ceræ flavæ . . . . *unciæ tres*

Quibus ab igne semotis & tantisper inpissatis, adde gummata sequentia prius aceto soluta, colata & ad consistentiam mellis evaporata, terebinthinæque immixta
Galbani
Ammoniaci
Opopanacis
Sagapeni . . . . *ana ... unciam unam & semis*
Terebinthinæ . . . . *uncias tres*

Probè agitentur & fiat emplastrum.

EMPLASTRUM DE MUCILAGINIBUS.

℞. Olei de mucilaginibus . . *lib: mediam*
Ceræ citrinæ . . . . *uncias viginti*

Simul liquescant & ab igne remota agitentur donec tantisper refrixerint, quibus adde
Gummi ammoniaci
Galbani
Sagapeni præparatorum *ana ... unciam semis*
Terebinthinæ gummi incorporatæ . *uncias duas*

Croci pulverati itidemque immixti . *drachmas duas*

Fiat ex arte Emplastrum.

EMPLASTRUM DE BETONICA.

℞. Succorum betonicæ
Apii
Plantaginis
Foliorum earumdem plantarum *ana ... lib: unam*
Terebinthinæ
Gummi elemi . . . . . . *ana ... uncias decem*
Ceræ albæ
Resinæ . . . . *ana ... lib: unam & semis*

Simul coquantur ad humidi ferè consumptionem, tum torculari impositis Emplastrum exprimatur a sordibus repurgandum.

EMPLASTRUM DE CICUTA.

℞. Gummi ammoniaci
Aceti vini albi
Succi cicutæ . . . . . . *ana ... uncias duodecim*

Gummi ammoniaco in aceto & ſucco diſſoluto, colato & inſpiſſato, adde
Ceræ flavæ minutim inciſæ . . . *uncias duodecim*
fiat emplaſtrum

EMPLASTRUM DIVINUM.

℞. Olei olivarum . . . . *lib: unam*
Lithargyrii aurei . . . . *lib: ſemis*
Aquæ communis . . . . *q. ſ.*
Coque ad Emplaſtri conſiſtentiam, cui adde

Ceræ flavæ . . . . *uncias quatuor*
Gummi ammoniaci
Galbani præparatorum *ana unciam unam*
Terebinthinæ . . . . *unciam unam & ſemis*
Olei laurini . . . . *drachmas ſex*

Tum inſperge

Myrrhæ
Maſtiches
Olibani pulveriſatorum . . . *ana ... unciam unam*
Lapidum calaminaris
Magnetis
Radicum ariſtolochiæ longæ
Rotundæ
Viridis æris pultorum . . . *ana ... unciam ſemis*
Miſce fiat S. A. Emplaſtrum

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

℞. Chantharidum craſſiuſculè pultarum *uncias duas*
Picis albæ
Ceræ citrinæ

Terebinthinæ . . . . . . *ana ... unciam unam*

Miſce fiat Emplaſtrum

EMPLASTRUM DIABOTANUM.

℞. Radicum & ſoliorum recentium
Bardanæ
Cicutæ
Leviſtici
Angelicæ
Cucumeris aggreſtis
Scrophulariæ
Filipendulæ
Illecebræ
Gratiolæ
Chelidonii majoris . . . *ana ... unciam unam & ſemis*

Mundata & diligenter contuſa omnia in
Succorum cicutæ
Chelidonii majoris ..... *ana ... lib: duabus & ſemis*

Lento igne coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, deindè colentur & fortiter exprimantur; expreſſio tunc cum olei lumbricorum . . . . *lib: quatuor*

Lithargyrii aurei . . . . *lib: duabus*

Ex arte coquatur aſſiduè movendo ſpatulâ ligneâ ad emplaſtri conſiſtentiam, in quo dein liquefiant

Ceræ citrinæ
Picis albæ . . . . *ana ... lib: una*
Terebinthinæ
Sſtyracis liquidæ . . . . *ana ... lib: ſemis*
Ab igne remotis, immiſceantur
Galbani
Ammoniaci
Bdellii
Opopanacis
Sagapeni aceto ſcyllitico dilutorum, trajectorum, ſpiſſatorum & Emplaſtri portione ſeorſim prius exceptorum . . . . *ana ... unciæ duæ*
Deindè addantur immixti ſequentes pulveres
radicum ireos florentinæ
Sigilli Beatæ Mariæ
Cyclaminis
Coronæ imperialis
Serpentariæ
Seminum Angelicæ

Pœoniæ maris
Nasturtii
Euphorbii
Olibani
Mastiches
Tacamahacæ odoratæ
Sulphuris vivi . . . . . . *ana ... uncia una & semis*
Camphoræ . . . . . . *uncia semis*
Fiat ex arte Emplastrum

EMPLASTRUM AD HERNIAM.

℞. Picis navalis . . . . . *lib: unam*
Ceræ flavæ
Terebinthinæ claræ . . . *ana ... uncias quatuor*
Radicum consolidæ majoris siccatarum
Masticхes . . . . *ana ... uncias duas*
Labdani
Hypocistidos

Terræ sigillatæ . . . . . *ana ... unciam mediam*

Nuces cupressi . . . . . *numero ... duodecim*

Fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM DE MELILOTO.

℞. Florum meliloti siccatorum *uncias tres*

Radicum iridis
Seminum fœnugreci
Foliorum absinthii siccatorum
Gummi ammoniaci
Myrrhæ . . . . *ana ... unciam unam*

Radicum cyperi
Altheæ
Nardi celticæ
Baccarum lauri
Florum camomillæ
Croci . . . . *ana ... unciam semis*

Omnium fiat pulvis, per vices sequentibus liquefactis inspergendus.

Ceræ citrinæ . . . . . . *lib: unâ*
Resinæ
Picis albæ
Sevi hircini . . . . . . *ana ... unciis quatuor*
Terebinthinæ venetæ
Olei absinthii . . . . . . *ana ... unciis tribus*
Fiat ut artis est Emplastrum

EMPLASTRVM NORIMBERGANVM.

℞. Olei olivarum . . . . . *lib: semis*

Cerussæ pulverisatæ . . . *uncias quinque*

Igne lento moveantur & simul coquantur ad Emplastri consistentiam , tùm ut liquescat adjice

Ceræ flavæ minutim incisæ .. . . *lib: semissem*
Semi frigefactis immisce

Olei olivarum modico solutam camphoræ *unciam unam*

Et fiat Emplastrum

EMPLASTRVM OXICROCEVM.

℞. Colophoniæ
Picis nigræ
Ceræ flavæ . . . . . . *ana ... lib: semis*

Simul igne lento liquescant & ab igne subductis tantisperq; inspissatis , adde
Gummi ammoniaci
Galbani aceto dissolutorum & inspissatorum.

Terebinthinæ . . . . . *ana ... unciam unam*

Tum insperge sequentia pulverisata

Croci . . . . *unciam unam*

Olibani
Masticbes
Myrrhæ . . . . *ana ... uncias duas*

Fiat lege artis Emplastrum

EMPLASTRUM DE RANIS CUM MERCURIO.

℞. Ranas aquaticas viventes . . . . *N. sex*
Lumbricorum terrestrium purgatorum *uncias tres & semis*
Vini generosi . . . . *lib: tres*

Infundantur per aliquot horas, dein igne moderato bulliant ad tertiæ partis consumptionem, sub finem adde
matricariæ cum floribus
Junci odorati
Stœcados arabicæ . . . . *ana ... M. unum*
Resideant ad teporem, tùm exprimantur & colentur, addendo
succi radicum ebuli
Helenii
Olei anethini
Chamæmelini
Liliorum alborum . . . . . *ana ... uncias duas*
Axungiæ porcinæ . . . . *lib: unam*
Taxi . . . . *uncias duas & semis*
Pinguedinis vituli . . . . *lib: mediam*
Lithargyrii aurei tenuissimè triti . . *lib: unam & semis*

Coquantur simul assiduè movendo ad Emplastri consistentiam, tum adjice ut liquescant
ceræ citrinæ . . . . *uncias sex*
Olei laurini . . . . *unciam unam & semis*
His ab igne semotis atque tepidis, adde
Olei de spica . . . . *uncias duas*
Olibani triti . . . . *drachmas decem*
Euphorbii pulverisati . . . . . . *drachmas quinque*

Postremo jam frigescentibus, misce
Terebinthinæ claræ
Styracis liquidæ . . . . . *ana ... uncias duas*
Hydrargyri terebinthinâ extincti & styraci prædictæ immixti . . . . *uncias quatuor*
Fiat S. A. Emplastrum.

EMPLASTRUM ODONTALGICUM.

℞. Styracis calamitæ

Tacamahacæ
Maſtiches
Labdani
Olibani
Benzoini
Gummi hederæ . . . . . . *ana ... unciam unam*
Cinnamomi
Terebinthinæ venetæ . . . *ana ... unciam ſemis*
Opii
Caryophillorum
Nucis moſcatæ . , . . . *ana ... drachmas duas*
Styracis liquidæ . . . . . . *uncias tres & ſemis*

Syrax liquida & terebinthina in mortario æneo excalefactæ liqueſcant, tum cetera in tenuiſſimum pollinem redacta immiſce, & formentur magdaleones.

EMPLASTRUM STROBELBERGERI.

℞. Araneas viventes . . . , . *No. XXXa.*

Spicarum allii mundatarum . *uncias duas*
Bituminis judaici
Salis ammoniaci
Reſinæ
Ceræ

Terebinthinæ . . . . *ana ... unciam unam & ſemis*
Olei ſpicæ
Maſtichini . . . . . . *ana ... unciam unam*

Camphoræ . . . . *drachmas duas*

Fiat ex arte Emplaſtrum

EMPLASTRUM CARMINATIVUM SYLVII.

℞. Gummi galbani
Bdellii
Ammoniaci . . . *ana ... unciam ſemis*
Thuris maſculi
Myrrhæ electæ . . . . . . *ana ... drachmas duas*

Opii thebaici . . . . . . *drachmam unam*

Dissolutis in aceto scyllitico & iterum inspissatis, adde
Ceræ citrinæ
Colophoniæ . . . , . . *ana ... drachmas tres*
Balsami peruviani
Olei Philosophorum . . *ana ... drachmam unam*
Olei terræ . . . . . . *drachmam semis*
Carui stillatitii . . *scrupulum semis*

Terebinthinæ venetæ . . *unciam unam & semis*
Fiat S, A. Emplastrum.

EMPLASTRUM STICTICUM CROLLII.

℞. Olei olivarum
Lini . . . . . . *ana ... lib: unam & semis*
Minii
Lithargyrii aurei . . . *ana ... lib. semis.*

Nutriantur simul & coquântur ad emplastri consistentiam; affusâ aquæ communis *q. s.* tum insperge per vices
Lapidis calaminaris præparati . *libr. semis*

Quibus percoctis adjice ut liquescant
Ceræ flavæ
Colophoniæ . . . . . . *ana ... lib. unam*
Vernicis
Terebinthinæ
Olei laurini . . . . . *ana ... lib: semis*

Paulatim frigefactis, adde

Opopanacis
Galbani
Bdellii
Ammoniaci, aceto solutorum & inspissatorum, terebenthinæq; immixtorum . . . . . *ana ... uucias tres*

His probè mixtis, sequentia seorsim pulverisata, novâque cribratione unita, insperge

Succini
Olibani
Myrrhæ
Aloes hepaticæ
Radicum aristolochiæ rotundæ
Longæ *ana... unciam unam.*

Mumiæ transmarinæ
Lapidum magnetis
hematitis, præparatorum *ana ... unciam unam & semis*
Corallii albi
Rubri
Matris perlarum
Sanguinis draconis
Terræ sigillatæ
Vitrioli albi . . . . . . *ana ... unciam unam*
Florum antimonii
Croci martis astringentis . *ana ... drachmas duas*

Ex hîs longâ & continuâ agitatione concinnetur emplastrum, addendo ultimo
Camphoræ, pauco oleo solutæ . . *unciam unam*

EMPLASTRUM DIASULPHURIS.

℞. Balsami sulphuris Rulandi . . . . *uncias tres*
Ceræ . . . . *unciam semis*
Colophoniæ . . . . *drachmas tres*

Liquatis, adde

Myrrhæ optimæ pulverisatæ . . . *uncias tres & semis*

Leviter bulliant & ad emplastri consistentiam coquantur.

CERATUM MAMMILLARE.

℞. Spermatis ceti . . . . *unciam unam*
Ceræ albæ . . . . *uncias duas*
Galbani, aceto præparati . . . . . *unciam semis*
Olei sambuci . . . . *uncias tres*
Fiat ex arte ceratum.

SPARADRAPUS PRO FONTICULIS.

℞. Diapalmæ
Ceræ virgineæ . . . . . . *ana ... uncias tres & semis*
Olei Amigdalarum amararum *unciam unam*
Minii . . . . *uncias duas*
Fiat ut artis est cum linteo sparadrapus.

CLASSIS XIV.

De Usitatioribus quorumdam Simplicium Medicamentorum præparationibus.

ANTEQUAM ad operationes Chymicas transeamus, utile duximus nonnullas simplicium præparationes, tum ad correctionem, tum ad mixtionis facilitatem servientes tradere & præmittere.

Corallii & aliorum ejusdem generis præparatio.

Corallia, succinum, oculi cancrorum, margaritæ, lapides pretiosi &c., solâ trituratione præparantur & primo in mortario pulverisata, dein porphirite lævigari solent, affusâ aquæ rosaceæ quantitate sufficienti, donec in pollinem impalpabilem redigantur & in trochiscos efformata in umbrâ siccantur.

Papidis lazuli præparatio.

In crucibulo primum ignitus, supra porphiritem cum aquâ aliquâ cordiali lævigatus, & in trochiscos formatus, in umbrâ exsiccatur.

Tuthiæ, & lapidis calaminaris præparatio.

Crucibulo igni indito candefiunt, dein aquâ extinguntur, idque tertio repetitur, quo peracto, supra porphiritem affusâ sensim aquæ rosarum vel plantaginis quantitate sufficienti læviguntur, & in tronchiscos efformantur, in umbrâ siccandos.

Concharum præparatio.

Perfractæ, in crucibulo ad albedinem calcinantur & in porphirite, cum aquâ rosarum in trochiscos rediguntur.

Cornu Cervi, ungulæ alcis, eboris, cranii humani, & similium præparatio.

Beneficio limæ in minutissimam rasuram rediguntur, deindè in mortario lapideo teruntur & aquâ quàdam stillatitiâ cordiali in pultis formam coguntur, quæ pasta chartæ albæ imposita & superextensa exsiccatur, denuo siccanda pulverisatur, & hoc ter vel pluries repetitur, donec rasura in pollinem subtilissimum redigi queat.

Eorumdem cornuum & ossium præparatio Philosophica.

In taleolas secta, collo vesicæ per herbarum distillationem suspensa teneantur, donec friabilia evadant & lævigari, ac in trochiscos ut dictum effingi possint.

Butyri maialis præparatio.

Butyrum sub finem mensis maii recens, insulsum in vase terreo vitreato balnei calore liquatum, à subsidente sero separatum & colatum, idoneo loco ad usum servetur.

Axungiarum præparatio.

Axungiæ cujusvis animalis, recentes, à membranis mundatæ, vase idoneo, ad ignem liquatæ & sine sale reponantur ad usum.

Scammonii præparatio.

Scammonium pulveratum super chartam bibulam ad fumum sulphuris super prunas injecti, continuo movendo usque dum liquescere & chartæ adherere incipiat detineatur; ac refrigeratum in pulverem redigatur; diagrydium vulgo dictum.

Alias præparationes, ut minus usitatas, nec meliores omittimus, imo scammonium electum & purum cuilibet præparationi non postponimus.

Radicum ari præparatio.

Radices ari debito tempore collectæ, à fibrillis & cortice exteriori mundatæ, in vini albi quantitate sufficienti per horas 24. infusæ, dein siccatæ, ad usum servantur.

Millepedum & lumbricorum præparatio.

Aſelli vel lumbrici, vino albo ſuffocati & mundati exſiccantur, & in pulverem tenuiſſimum rediguntur.

Scyllæ præparatio.

Scylla recens candidiſſima corticosâ parte & radice lignosâ privata, paſtâ tritici involvatur & in clibano coquatur, donec paſta duriuſculam cruſtam contraxerit, ac feſtucâ ſcyllæ corpus per cruſtæ rimas adacta facile penetret, cujus medulla cribro trajecta, uſui ſit ad trochiſcos ſcylliticos efformandos.

Scyllæ exſiccatio ad acetum.

Scyllas recentes, ab aridioribus tunicis & lignoſis radicibus mundatas, per laminas divide & filo trajice, ita ut una aliam non attingat & loco ſicco appenſas moderatè exſicca.

Aſſationes quorumdam ſimplicium.

Gummi arabicum pulveratum ſartagini ferreæ inditum, igni exponatur, continuo agitando donec calore rufeſcat.

Eodem modo aſſantur.

Gummi tragaganthum
Semina papaveris
Portulacæ
Rhabarbarum &c.

Aluminis & nitri præparatio.

Diſſolvatur alumen rupeum vel nitrum, in aquæ communis *q. ſ.* filtretur, evaporetur, & cryſtalliſetur, idque ter aut quater repetitur ſi purius expetatur.



CLASSIS XV.

De Chymica Medicamentorum præparatione:

CHYMIA, Pharmaciæ comes individua & fidelis, ars est concreta solvendi, soluta coagulandi, purum ab impuro separandi ut ad remediorum, tam internorum, quam externorum præparationem apta, tuta, grata & salubria reddantur.

Rationes & scientias corporum naturalium simplicium & mixtorum, non solum contemplando nobis familiares & quasi demonstrativas patefacit, sed & ipsa etiam manuali operatione (auxiliatrices subministrante naturà, ejusq; emulà arte pyrotechniæ manus)& intima partium quasi evisceratione, summà industrià, cultro suo igneo, interiora eorum pandit & reserat, ut indè Medicamentorum simplicium, tam exoticorum, quam vernaculorum & compositorum ex regno minerali, vegetabili & animali desumptorum naturam, originem, genuinas præparationes, cum earum virtutibus & usu certo, tuto & jucundè ervamus, & doceamur.

Hoc autem seculo doctiorum ingeniorum feracissimo, plurimi ad solidam sapientiam aspirantes, chymiæ perscrutandæ (ut naturæ arcana & abstrusa, hactenus stupenda & pro miraculis habita, sibi perspecta & familiaria redderent) phisicæ etiam practicæ & rationabili stabiliendæ se applicarunt : insuper laudatissimo principum plurimorum instituto, Academiæ & scholæ publicæ laboratoriis instruuntur, ut abdita mundanorum corporum, curiosiori juventutis studiosæ ordini declarata exhiberi, demonstrariq; possint, hinc tanta doctrinæ incrementa percepta sunt, ut ipsi antehac misochimici in illius partes apertè vel tectè ire, & jocunditatem utilitate non minorem chimicas operationes sibi habere sociatas confiteri cogantur.

DE FERRO SEU MARTE.

CROCUS MARTIS APERITIVUS.

℞. Limaturæ ferri rubiginosæ . . . . *lib: unam*
Sulphuris pulverisati . . . . *lib: duas*
Simul in cacabo candente calcinentur ad totalem sulphuris deflagrationem, sæpiùs agitando, donec per aliquot tempus calcinata in pulverem rubicundum convertantur.

CROCUS MARTIS ASTRINGENS.

℞. Limaturæ ferri . . . *q. v.*
Igne violentissimo eousque reverbera, donec elevetur in crocum lævissimum

VITRIOLUM MARTIS.

℞. Spiritus vini
Olei vitrioli . . . . . *ana* ... *uncias quatuor.*
Simul in vase ferreo mundo reposita tamdiu asserventur, donec crystalli formentur.

TINCTURA MARTIS APERITIVA.

℞. Ferruginis pulverisatæ . . . . . *lib. unam*
Tartari crudi pulverisati . . . . *lib. duas*

Misceantur & cochleatim in vas ferreum satis amplum aquâ feruidâ, mediâ parte repletum injiciantur, materiam bullientem continuo spatulâ ferreâ agitando, recentem aquam calentem identidem evaporatæ loco tamdiu adjiciendo, donec venæ nigræ in liquoris superficie appareant & odor vitriolicus nares feriat, vase iterum aquâ calente impleto, & datâ unâ aut alterâ ebullitione, filtratum liquorem per manicam hippocratis, in vase ferreo ad cuticulam evapora, & ab igne remotum & frigefactum, vase idoneo conserva.

PILA MARTIALIS MEDICAMENTOSA.

℞. Limaturæ ferri mundæ . . . *lib. unam*
Tartari crudi . . . . *lib. unam & semis.*

Spiritum vini ad trium digitorum supereminentiam affunde, & ter aut quater per diem materia agitetur, alternis vero diebus nova spiritus vini quantitas adjiciatur, ut probè diluatur in pultis liquidioris formam materia; hocque toties repetatur, donec tinctura appareat & supereminеat, quam decanta & usui pro tincturâ martis serva: residuum vero servetur usque dum superfluo humido orbatum globuli efformari possint, in umbra siccandi.

DE PLUMBO SEU SATURNO.

PLUMBUM USTUM.

℞. Laminarum plumbi

Sulphuris pulverifati . . . . *ana ... q. v.*

Fiat in crucibulo ftratum fuper ftratum, ità ut primum & ultimum fit fulphuris, crucibulum igne vehementi impone, donec fulphur omne confumptum fit, crucibulo ab igne remoto & frigefacto, plumbum uftum exime, quòd fubtiliter pulverifatum & lævigatum fervetur ufui

SAL SATURNI.

℞. Ceruffæ pulverifatæ . . . . . *q.v.*

Huic affunde acetum ftillatitium ad trium aut quatuor digitorum eminentiam, ftent in digeftione donec acetum fit probè faturatum, dein aceti decantati fiat igne leni evaporatio ad cuticulæ apparentiam, fic in loco frigido concrefsent cryftalli in umbrà ficcandæ, refiduum denuò ad cuticulam evapora & procede ut antè

TINCTURA ANTIPHTHISICA.

℞. Salis faturni

Vitrioli martis . . . . *ana ... unciam unam*

Spiritus vini rectificati . . . . . *uncias quatuor*

In matracio vitreo ftent in digeftione, donec rubefcat fpiritus & filtra ufui refervandus



DE STANNO SEU JOVE.

ANTIHECTICUM POTERII.

℞. Reguli antimonii martialis infra-describendi
ſtanni anglici . . . . *ana .... part. æqual.*

in crucibulo colliquentur & cum
ſalis nitri triplo
detonentur, poſteà ex arte, aquâ tepidâ edulcorentur

SAL JOVIS.

Paretur calx ex ſtanno hoc modo

Stannum purum vaſi terreo non plumbato impoſitum, igne nudo liquefiat: & tamdiù ſpatulâ ferreâ agitetur, donec ignis violentia in pulverem redigatur, qui calx jovis appellatur, & ex calce illâ parabitur ſal eo modo, quo ſupra dictum eſt pro ſale ſaturni





DE MERCURIO.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Mercurii crudi . . . . *lib: unam*
Dissolve in aquæ fortis aut spiritus nitri . . . *q. s.*

Post dissolutionem totalem leni igne, menstruum ad pulveris siccitatem evoca, cum hoc misce æqualem quantitatem salis communis decrepitati, sublimato simul igne fortiori, quousque mercurius instar sublimati appareat in matracio, sic obtinebis mercurium sublimatum corrosivum.

MERCURIUS DULCIS.

℞. Mercurii sublimati corrosivi . . . . *uncias sedecim*
Mercurii crudi per corium trajecti . . *uncias duodecim*

In mortario marmoreo aut vitreo misceantur & pistillo ligneo tamdiù ducantur, donec mercurius vivus non ampliùs conspici queat, & probè sit extinctus, hinc calore arenæ in phialâ unâ vel pluribus sublimato, itâ ut duæ partes vacuæ sint, eorumque orificia chartulâ itâ obturentur, ut paululùm dehiscant, totus ferè sublimabitur mercurius, phialæque lateribus adherescet, remanentibus in fundo fæcibus, quas unâ cum nigricante materiâ collo phialæ adherente rejice, hinc denuo sublima, idque vice tertiâ repete

PANACEA MERCURIALIS.

℞. Mercurii dulcis supradescripti . . . . *q. v.*

Septies iteretur sublimatio, fæces in fundo relictas, ut priùs dictum rejiciendo, ultimæ tandem sublimationi in porphirite lævigatæ, affunde alkool vini ad quatuor digitorum eminentiam in vase vitreo per quindecim dies digerantur, materiam sæpiùs agitando, deindè liquorem effunde & decanta, & lento igne in arenâ exsiccetur

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

℞. Mercurii crudi . . . . *unciam unam*
Aquæ fortis . . . . *unciam unam & semis*
Stent in loco calido, donec mercurius sit solutus ac in totum dispareat, solutionem stillatim cum muriâ forti confundito, sic præcipitabitur pulvis albus aquâ calidâ crebro abluendus, donec omnem acrimoniam deposuerit & blando calore inter chartas explicatas exsiccetur

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. Mercurii crudi . . . . *uncias duas*
Aquæ fortis . . . . *uncias tres*

Detineantur super arenam in phialà vitreà, donec mercurius sit solutus, dein valido igne fiat evaporatio ad siccitatem

MERCURIUS PRÆCIPITATUS VIRIDIS.

℞. Mercurii crudi . . . . *uncias quatuor*
Veneris . . . . *unciam semis*
Solvantur separatim in
Aquæ fortis . . . . *q. s.*

Solutiones mixtas evapora ad siccitatem, digeratur præcipitatum cum aceto stillatitio, filtra & sicca

TURBITH MINERALE.

℞. Mercurii crudi . . . . *uncias quatuor*
Olei vitrioli . . . . *uncias sedecim*
Misceantur & retortæ vitreæ imponantur, simulque per horas 24. super cineres calidos digerantur, quibus elapsis inclinato rostro adaptetur recipiens, igne primùm utere lento qui augeatur, donec omnis humiditas sit evaporata, massa alba à fæcibus separata in aquam limpidam projiciatur, quæ statim flavescet, ab acrimonià abluatur, siccetur & usui reponatur

ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Mercurii vivi . . . . *unciam unam*
Florum sulphuris . . . . *unciam unam & semis*
Diuturnà agitatione in mortario vitreo ita moveantur, ut mercuriales globuli penitùs disparcant & materia in pulverem tenuissimum redigatur, qui asservatus nigrescit

AQUA PHAGÆDENICA.

℞. Calcis vivæ recenter paratæ . . . . *lib: semis*
Extinguatur in vase terreo cum
Aquæ pluvialis . . . . *lib: tribus*
Per octo horas digerantur, materiam per intervella agitando & movendo, aqua supernatans filtretur, cui immisce
spiritus vini . . . . *lib: semis*
Sublimati corrosivi pulverisati . . . . *drachmam unam*
Servetur ad usum.



DE ANTIMONIO.

HEPAR ANTIMONII.

℞. Antimonii electi
Nitri puri . . . . *ana ... q. v.*
Seorsim pulverisata misceantur,
Injecta in vas ferreum materia admoto carbone ignito detonabitur fietque hepar antimonii à scoriis separandum.

CROCUS METALLORUM.

℞. Hepatis antimonii supra descripti . . . . *q. v.*
Subtiliter pulverisetur & aquâ tepidâ recenti sæpius affusâ; lavetur & demum exsiccetur.

VITRUM ANTIMONII.

℞. Antimonii electi & subtiliter pulverati . . . *q. v.*

In patellâ terreâ non vitreatâ suprà ignem lentum calcinetur rudiculâ ferreâ materiam continuo agitando ne in grumos concrescat, quod si id acciderit, iterùm est pulverisanda, iterumque ad ignem in patella dictâ collocanda, ignem tamdiu augendo ut fumum ampliùs non emittat & materia cinereum seu griseum acquirat colorem calx illa in crucibulum fusorium statim injiciatur & operculo clausum intra carbones vivos collocetur, ignem violentissimum per horam urgendo, donec antimonium instar aquæ fluidum stilo ferreo diaphanum comprobetur, quod in patellam cupream modice calefactam affunde ut in tenues lamellas diffluat vitrum refrigeratum servetur

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

℞. Antimonii crudi electi . . . . *uncias octo*
Nitri purissimi seorsim pultorum ... *uncias viginti quatuor*

Exacte misceantur & cochleatim per vices mixtura in crucibulum ardens projiciatur, sic detonabitur materia ac in massam albam commutabitur quæ post semi horæ calcinationem, in aquam calidam injecta adeò agitetur & moveatur ut dissolutâ materiâ aqua lactescat, aquam per residentiam claram effunde, & recentem materiæ superastunde ita agitando donec nullam amplius aqua saporem contrahat tunc exsiccetur.

Notandum quod in modica quantitate ſit conficiendum, & in vaſe bene obturato ſervandum ne per lapſum temporis vomitivum evadat.

Etiam obſervandum quod ſi aquæ primæ & ſecundæ lotionis antimonii diaphoretici in vaſe idoneo evaporentur, concreſcent cryſtalli quæ exſiccatæ in uſum veniunt ſub nomine anodini mineralis vel nitri antimoniati.

REGULUS ANTIMONII.

℞. Antimonii ungarici . . . . *uncias ſedecim.*
Tartari crudi . . . . *uncias duodecim.*
Nitri . . . . *uncias ſex.*

Seorſim pulveriſentur & trita miſceantur, in crucibulum forte, igni vehementiſſimo impoſitum per vices & cochleatim ingerantur ut fluant, ſuperjiciendo ſtiriam unam aut alteram nitri ut eo magis à ſcoriis regulus ſeparetur, liquefactis omnibus effundatur materia in conum fuſorium calefactum & ſebo illitum ſæpiùs concutiendo ut ad fundum regulus deſcendat qui à ſcoriis regulinis in ſuperiori parte herentibus liberetur.

REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.

℞. Apicum clavorum quibus ſoleæ equorum affiguntur *uncias octo*
Igniantur in crucibulo operculo munito & ſumme candente, ignem urgendo donec totaliter incandeſcant quibus adde
Antimonii pulveriſati . . . . *uncias ſedecim.*
Crucibulum tege, & igne intenſiori materiam urge ut inſtar aquæ liqueſcat tum injice per vices nitri puri *uncias tres*
Injecto nitro ignem continua ut fluida remaneant donec ſcintillæ ceſſent. tunc materiam in calicem fuſorium calefactum & ſevo illitum effunde, calicem concutiendo ut reguli præcipitatio promoveatur omnibus refrigeratis regulum à ſcoriis ſepara tere & in altero crucibulo funde cui adjice
Antimonii pulveriſati . . . . *uncias duas*
Cùm ſimul fluxerint injice paulatim
Nitri puri . . . . *uncias tres*

Cum deflagaverint & nullas amplius ſcintillas emittent, iterum ut dictum eſt in calicem effunde & cum refrixerint, regulum à ſcoriis ſepara & tertia vice pulveriſatum fuſioni committe & adjecto nitro ignem violentum tamdiu urge donec nitrum conſumptum ſit idque iterum & ultima vice repete & diſſipato nitro ignem ſtrenuè continua ita ut regulus fluat antequam in conum prius calefactum & ſevo illitum effundas quod refrigeratum & ſua ſtella donatum ſerva uſui.

BUTYRUM ANTIMONII ET CINNABARIS.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi
Antimonii hungarici crudi . . . *ana .. q. v.*

Probe pulveriſata & mixta indantur retortæ colli brevis & paulo latioris ad medias inſtituatur diſtillatio in arena igne lento donec butyrum aſcendere incipiat, tunc augeatur ignis per horas quatuor aut quinque ſic prodibit in recipiens primo liquor oleoſus qui butyrum liquidum antimonii nuncupatur, alius poſtea liquor ſuccedit qui admodùm ceræ in recipiente coagulabitur qui tunc butyrum ſeu oleum glaciale antimonii dicitur; ſi collo retortæ inhæreat cum carbone ſive pruna candente collum retortæ calefieri debet ut butyrum liquefactum deſcendere poſſit ultimo augeatur adeo ignis ſupra & infra ut retorta per tres horas fere candeat & habebis cinnabarim quam ex retortæ parietibus colliges & hæc tria ſtudiosè ſeparata uſui ſervabis.

BEZOAR MINERALE.

℞. Butyri antimonii candidi . . . . *uncias quatuor.*

Liquefacto & retortæ vitreæ ſatis amplæ immiſſo affunde guttatim ſpiritus nitri optimi tantumdem donec efferveſcentia ceſſet & butyrum totaliter ſit diſſolutum, tum retorta in arena collocata & igne gradatim aucto, ſpiritum abſtrahe [qui ſpiritus nitri bezoardicus dicitur] ad ſiccitatem ferme, maſſam albiſſimam retorta fracta exime & in crucibulo paulatim calcina, donec exſiccata ſit, & ſpiritus corroſivi avolarint, pulverem inſipidum vel ſubacidum nullo fætore præditum vaſe vitreo rite obturato conſerva.

FLORES ANTIMOMII ET SULPHUR EJUS INFLAMMABILE

℞. Antimonii ſubtiliter pulveriſati . . . . *uncias duas.*
Indantur cucurbitæ vitreæ quibus affunde
Spiritus nitri bezoardici prius deſcripti . . *uncias tres*
Simul agitentur & probe miſceantur & addito capitello digerantur donec in ſundo cucurbitæ antimonium albiſſimum conſpiciatur, tum materiam in aquam effunde pulvis flavus ad fundum præcipitabitur, aquam lacteam à pulvere decanta & pulverem aqua nova affuſa aliquoties edulcora, aquam lacteam in momento ſemper decantando, donec nullum amplius colorem induat tum pulverem leni calore exſiccatum pro ſulphure antimonii inflammabili conſerva.

Conjunctis tandem aquis lacteis & per unam aut alteram horam repositis, materia quædam alba fundum petet quæ ab aqua per inclinationem separata, reiteratis aquæ novæ affusionibus dulcoretur siccetur & usui servetur pro floribus antimonii in emplastro stictico crollii expetitis.

TARTARUS EMETICUS.

℞. Vitri antimonii
Cremoris tartari . . . . . *ana ... partes æquales.*
Pulverisata seorsim, & mixta bulliant per aliquot horas in vase fictili vitreato cum
Aquæ fontanæ . . . . . . *q. s.*
Liquor calens per chartam filtretur exactè & in loco humido reponatur, crystallos circa vasis latera concrescentes separa & iterum humiditate per evaporationem abstracta, novas collige quas siccatas & supra porphyritem lævigatas usui serva.

ALCHERMES MINERAL GLAUBERI.

℞. Antimonii hungarici per frustula contusi & ab omni pulvere cribro separati . . . . *uncias sexaginta quatuor.*
Indantur vasi æneo satis amplo affundendo
Liquoris nitri infra describendi sub nomine alkaest Glauberi . . . . *uncias sedecim*
Aquæ pluvialis . . . . *lib. octo*
Bulliant igne æquali per duas horas tum duæ tertiæ partes liquoris per infundibulum charta bibula munitum filtrentur, nova iterum aquæ bullientis quantitate vas impleatur addendo
Liquoris nitri . . . . *uncias duodecim.*
Bulliant ut prius dictum est & iterum duæ tertiæ partes filtrentur & tertio affundantur
Liquoris nitri . . . . *unciæ octo*
Aquæ pluvialis bullientis . . . . . . *lib. quatuor*

Similiter per horas duas bulliant tum liquor omnis filtretur & cum præcedentibus in vase terreo vitreato satis amplo misceantur, per horas 24. liquor subsideat quem per inclinationem separabis, pulverem residuum super infundibulum charta bibula munitum projicies tantumdem aquæ bullientis affundendo donec guttæ omnem salsedinem deposuerint pulvis hic in aëre siccatus à charta exacte separetur, dein in vasculum vitreatum immittatur cui affunde
Spiritus vini rectificati . . . . . . *uncias quatuor*
Cujus inflammatione pulvis desiccabitur, desiccato eandem iterum affunde spiritus vini rectificati quantitatem & accende ut prius sicque pulvis siccus servetur.

AQUA BENEDICTA RULANDI.

℞. Croci metallorum . . . . *unciam unam*
Vini albi gallici . . . . *lib. unam & semis*
Infundantur in vase vitreo optime obturato sæpius agitando & simul serventur usui

TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA.

℞. Nitri purissimi
Tartari crudi albi
Antimonii optimi . . . . *ana ... part. æqual.*
Pulverisentur singula seorsim subtilissime & permisceantur, injiciendo de mixtura cochlear unum post alterum in crucibulum ignitum usque dum tota materia detonuerit, funde postea igne vehementissimo per horam, dein aliquantulum adhuc calidæ materiæ in vase vitreo impositæ superaffunde. Spiritum vini rectificatissimum ad trium aut quatuor digitorum eminentiam, vase diligenter clauso per dies aliquot digerantur dum spiritus vini probe saturatus & filtro clarus servetur in vase bene obturato.

TINCTURA METALLORUM

sive lilium paracelsi.

℞. Reguli antimonii martialis supradescripti *uncias duas*
Stanni Anglici
Veneris seu cupri . . . *ana ... unciam unam*
Igniatur primo cuprum in crucibulo, huic adde regulum & stannum ità ut cuprum totaliter dispareat, quo peracto in conum fusorium effundantur
Tunc hujus massæ recipe . . . . *unciam unam*
Nitri purissimi . . . . *uncias duodecim*
Exacte in pulverem terantur inter se miscendo & successivis vicibus conjiciantur in crucibulum candens fluantque simul donec massâ conversâ sit in scorias ceruleas viridescentes, eæque igneam nanciscantur acrimoniam, tunc massam in conum effunde & antequam humidum aeris attrahat in pulverem terito eique affunde
Alchool vini . . . . *uncias viginti*
Stent in digestione vitro optime clauso per horas vigintiquatuor & spiritus vini, rubello colore tingetur.



DE VITRIOLO.

GILLA THEOPHRASTI.

℞. Vitrioli albi pulverisati . . . . *q. v.*
Dissolve in aquæ limpidissimæ . . . . *q. s.*
Filtra per chartam emporeticam & evapora igne arenæ in vase vitreo ad siccitatem.

VITRIOLI CALCINATIO.

℞. Vitrioli viridis . . . . *q. v.*
Calcinetur in vase novo terreo non vitreato donec in massam duram cinerei, coloris abierit, si vero igne extensiori, in eoque tamdiu detineatur donec omni humiditate privata instar sanguinis rubicunda appareat, colcotharis nomine veniet.

AQUA FORTIS.

℞. Vitrioli siccati
Salis nitri . . . . *ana ... lib: duas*
Trita simul misceantur, & distilla per retortam loricatam igne aperto per gradus

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

℞. Vitrioli albi
Alumnis rupei . . . . . . *ana .... uncias quatuor*
Tamdiu in vase terreo super ignem detineantur donec lapidis consistentiam acquirant addendo sub finem camphoræ pulverisatæ . . . . *unciam unam*

ARCANUM DUPLICATUM.

℞. Capitis mortui residui ex distillatione aquæ fortis *q. v.*
Solvatur in aqua calida, filtretur & evaporetur S. A. in pulverem albissimum.

AQUA STYPTICA.

℞. Vitrioli ad rubedinem calcinati
Aluminis usti
Sacchari canti albi . . . *ana ... drachmam unam*
Urinæ juvenis
Aquæ rosarum rubrarum . *ana ... unciam unam*
Aquæ plantaginis . . . . . . *uncias quatuor*
Digere & filtra ad usum.

SAL MIRABILE GLAUBERI.

℞. Olei vitrioli optime rectificati
Salis communis in aqua fontis soluti *ana ... lib: unam*
Distilla ex retorta vitrea ad siccitatem tùm caput mortuum solve in aqua calida, & filtra liquoremq; filtratum coque ad medietatem vel ultra, repone postea in loco frigidissimo ad crystallisandum, S. A. separa crystallos à liquore corrosivo & sicca ad usum.

OLEUM VITRIOLI.

℞. Vitrioli anglici optimi . . . . *q. v.*
Liquetur in vase fictili non vitreato, subtus accensis prunis. exhalet omnis humiditas, & sic tandem reducatur in pulverem flauum: qui indatur retortæ fictili ignis patienti, in fornace aperta collocandæ. Detur ignis per gradus ad summum usque per triduum, donec recipiens tumultuantibus fumis anteà obscurum, clarum evaserit. Liquor stillatitius retortulæ indatur, ut in arena, phlegmate separato rectificari secùndum artem & seorsim servari possit validissimum & valdè ponderosum oleum.

AQUA SIVE ESSENTIA RABELLY.

℞. Olei vitrioli . . . . . . *uncias octo*
Impone matracio satis amplo & affunde desuper
Paulatim spirit vini . . . *uncias sedecim*
Obtura matracium vase alio
Digerantur frigide decem aut duodecim horis identidem vas movendo, tunc impone vas illud super ignem levem arenæ ut liquor per triduum circuletur, tunc permitte ut vasa refrigescant & liquorem in phialam bene obturatam serva.

SAL SEDATIVUM DOMINI HOMBERG.

℞. Salis capitis mortui ex destillatione.
Vitrioli . . . . *uncias octo*
Solve in aquæ fontanæ . . *q. s.*
Boracis venetæ . . . . . *uncias duas*
Solve etiam separatim in aq font *q. s.* & liquori prædicto admisce, perfectaque precipitatione filtrentur & evaporentur ad pelliculam ut crystallizentur.

DE SULPHURE.

HEPAR SULPURIS.

℞. Florum ſulphuris liquatorum . . . *uncias quatuor*
Salis tartari puriſſimi . . . . *unciam unam & ſemis*

Miſceantur optimè & ſpatula ferrea ſedulo agitentur, & remotam ab igne maſſam ſerva ad uſum.

LAC SULPHURIS.

℞. Hep: ſulphuris jam deſcripti . . . *p. I.*
Calcis vivæ vel ſalis tartari . . . *p. III.*

Coque in aquæ fontanæ *q. ſ.* ad ſolutionem ſulphuris, filtra calide, & cum vitrioli ſpiritu præcipita, edulcora & ſicca.





DE NITRO.

NITRVM PVRIFICATVM.

℞. Nitri puri . . . . *q. v.*
Diſſolve in aquæ bullientis . . *q. ſ.*
Diſſolutum filtra per chartam bibulam & in vaſe vitreo aut terreo vitreato evapora ad pelliculam tunc vaſe in loco frigido poſito cryſtallos reperies quas ſiccatas reſerva ad uſum, aqua verò relicta iterum ad medias evaporata & in loco frigido etiam poſita, cryſtallos novas præbebit id quod toties repete uſque dùm cryſtalli efformabuntur.

SAL PRVNELLÆ.

℞. Nitri puriſſimi . . . . *q. v.*
Liqueſcat in crucibulo inter prunas candentes poſito & liquefacto injice per intervalla portiunculam florum ſulphuris, quoad nitrum à ſordibus repurgatum & limpidum appareat tunc tantiſper refrigeratum effunde in aliud vas ut coaguletur in lapidem cryſtallinum.

SAL POLYCHRESTVM.

℞. Nitri puriſſimi
Florum ſulphuris . . . . . *ana ... part. æqual.*
Seorſim terantur ſubtiliter & mixta injiciantur per vices in crucibulum ſumme candens per quatuor aut quinque horas ignis vehementer vrgeatur donec materia in crucibulo contenta ad colorem griſeum reducatur, tùm materiam tere & in aqua calenti diſſolve, ſolutionem filtra per chartam bibulam & evapora ad cuticulam ac in loco frigido cryſtalliſare ſinetur, vel igne lento, abſumpto humido exſiccetur.

MAGNESIA ALBA SEV PANACEA SOLVTIVA.

℞. Lixivii nitroſi ultimi in præparatione nitri relicti (quod communi nomine lixivium maternum indigitari ſolet) de quo parvam portionem ſucceſſive in lebetem vitreatum funde, & lente coque ne alta petat, donec illius lixivii-ſufficiens quantitas coagulata ſit, quam tandem in forti fuſione relinque donec omnes fumi emergentes ceſſent, hoc magna in aquam pluvialem calidam merge & à ſalibus nova aquæ affuſione diligentiſſime libera, tunc terra albiſſima ſeu ita dicta magneſia ab omni ſalſedine privata blande exſiccetur.

SPIRITUS NITRI.

℞. Nitri purissimi . . . . . . *lib. sex*
Argillæ exsiccatæ pulverisatorum *lib. octo*
Simul mixta & in globulos formata inde retortæ terreæ satis amplæ, appositoq; recipiente capaci igne nudo sed initio valdè leni distilla, donec omne phlegma elicitum sit quod rejice & reaptato recipiente juncturisq; luto probe clausis ignem auge ad secundum gradum & post aliquot horas urge ad ultimum donec omnis spiritus prolectus sit quem ad usum serva.

SPIRITUS NITRI DULCIS.

℞. Spiritus nitri jam descripti . . . *uncias octo*
Alchool vini tantundem indantur matracio orificii sat ampli donec effervescentia sit absoluta cavendo à vaporibus, liquor clarus ac limpidus reponatur ad usum.

ALKAEST GLAUBERI.

℞. Nitri puri . . . . *q. v.*
Liquefac in vase ferreo satis amplo, tùm injecto carbonum pulverisatorum cochleari fiet magna ebullitio cum strepitu, quâ cessante iterum carbonum pulverisatorum aliud cochlear injice idque toties repete donec carbones non amplius crepitent sed super nitrum igniti sine strepitu consumantur tunc materia & ex vase exempta & pulverisata filtro chartaceo indita, in loco humido reponatur ad resolutionem.





DE SALE AMMONIACO.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

℞. Salis ammoniaci
Salis tartari per calcinationem parati . *ana ... lib. unam*
Calcis vivæ recentis . . . . *lib. ſemis*
Seorſim terantur & retortæ ſatis amplæ indantur adjiciendo aquæ communis . . . . *lib. duas*
Probe agitatis, retortam in arena colloca & recipiente ſatis capaci adaptato juncturiſque exacte clauſis diſtillentur igne primùm lento, ſenſim augendo ad ſpiritus circiter libræ unius prolectionem.

AQUA SAPPHYREA OPHTALMICA.

℞. Calcis vivæ recentis . . . . *uncias tres*
Aquæ pluvialis . . . . *lib. unam & ſemis*
Calce in aqua extincta & probè diſſoluta, liquor per ſubſidentiam clarus ſeparetur in quo dilue ſalis ammoniaci craſſiuſcule triti . . . . *unciam unam*
Stent in infuſione in vaſe aurichalceo quantùm erit neceſſe ut ceruleum colorem aqua acquirat liquor filtro clarus ſervetur ad uſum.





DE TARTARO.

CREMOR TARTARI.

℞. Tartari crudi albissimi pulverisati . . *q. v.*
Immitte in ollam terream vitreatam igni impositam cum aquæ limpidissimæ. . . . . *q. v.*
Ad tartari dissolutionem, tartaro omnino dissoluto liquor coletur per manicam hipocratis, dimidioque liquoris ignis beneficio abstracto in loco humido per aliquot dies collocetur, liquorem per inclinationem effundendo & iterum evaporando & crystallos separando, idque toties repetendo donec crystallos dare neget, quas exsiccatas serva usui.

SAL TARTARI.

℞. Tartari albi crudi ad albedinem calcinati *q. v.*
Coquatur in olla cum
Aquæ limpidissimæ . . . . , ... *q. s.*
Ad tartari dissolutionem, liquor filtretur, & in vase vitreato ad siccitatem evaporetur, sal vero residuum in vase obturato servetur.
Hoc sale utendum pro oleo tartari per deliquium conficiendo.

SIC ALITER PARATUR.

℞. Tartari albi crudi
Nitri puri . . . . *ana ... part. æq.*
Pulverisentur & in patella terrea admoto carbone ignito detonentur, materia residua post deflagrationem in aqua calida dissoluta filtretur & evaporetur ad siccitatem.
Hoc modo paratum inservit pro spiritu salis volatilis oleoso parando.

OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

℞ Salis tartari per calcinationem parati . *q. v.*
Imponatur manicæ hipocratis & in cella suspendatur, cui paropsis subjiciatur vitrea vel vitreata & tamdiù ibi relinquatur donec sal omne in liquorem sit resolutum quem serva pro oleo tartari

SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

℞. Tartari albi crudi . . . . . *uncias quatuor*
Salis tartari . . . . *uncias duas*
Spiritus vini rectificati . . . . *uncias viginti*
Post debitam digestionem, distillentur, bis spiritum super fœces cohobando.

TINCTURA TARTARI.

℞. Salis tartari . . . . *uncias sex*
Calcinetur igne violento donec ceruleus evadat, quod fit spatio trium aut quatuor horarum, ferè refrigeratâ massâ & è crucibulo exempta teratur & huic pulveri adhuc calenti superaffunde
Spiritum vini rectificatum ad supereminentiam trium digitorum, digerantur donec colore rubro satis saturatus appareat.

TARTARUM VITRIOLATUM.


℞. Olei tartari per deliquium . . *q. v.*
Instilletur successivè huic guttatim oleum vitrioli rectificatum donec nulla amplius fiat effervescentia, dein fiat lento igne evaporatio ad siccitatem & vase benè obturato conserva.

TARTARUM SOLUBILE SEU SAL VEGETABILE.

℞. Cremoris tartari . . . . . . *uncias octo*
Salis tartari per calcinationem parati . *uncias quatuor*
Seorsim pulverisatis, mixtis, & ollæ terreæ vitreatæ impositis superaffundantur
Aquæ fontis claræ . . . . . . *lib. tres*
Bulliant donec materia dissoluta sit, liquor percoletur & ad siccitatem evaporetur, sal in fundo residuum serva.

TARTARUM CHALYBEATUM.

℞. Tartari solubilis . . . . *uncias quatuor*
